DE PASTORUM,

QUOS POËTAE ET SCRIPTORES GRAECI ET LATINI DEPINGUNT,

CONDICIONE, VITA, MORIBUS, ARTE.

INAUGURAL-DISSERTATION

ZUR

ERLANGUNG DER DOKTORWÜRDE

EINER

HOHEN PHILOSOPHISCHEN FAKULTÄT

DER

UNIVERSITÄT ZU TÜBINGEN

VORGELEGT

VON

OTTO VISCHER

AUS CRISPENHOFEN O/A. KÜNZELSAU.

TÜBINGEN 1906

DRUCK VON H. LAUPP JR.

Gedruckt mit Genehmigung der philosophischen Fakultät der Universität Tübingen.

Referent: Professor Dr. **W. Schmid.**
30. November 1905.

DIS MANIBUS

PATRIS.

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/IA41547025_0093

Conspectus.

pag.

Praemittenda . . . . . 1— 4

Pars I. Condicio pastorum. 4—18

caput 1. apud poëtas bucolicos

a) privata

α) bubulcorum . . . . . 4— 6

β) opilionum 7

γ) caprariorum . . . . . 7— 8

δ) de Vergilianis pastoribus iisdem agricolis . . . 8— 9

b) publica, libera an servilis . . . . . 9—10

c) de pastorum administris . . . . . 10—11

d) de pastorum aetatibus . . . . . 11—12

e) de pastorum fortunis 12

caput 2. quae rei rusticae scriptores de pastorum condicione tradunt . . . . . 13—17

caput 3. comparatur condicio pastorum a poëtis et a scriptoribus memorata . . . . . 17—18

Pars II. Vita pastorum. 18—42

quae spectat ad I. gregum

1) cultum . . . . . 18—23

2) pascua . . . . . 23—29

3) curam . . . . . 29—34

4) fructus . . . . . 34—38

II. pastorum

1) domicilium et supellectilem . . . . . 38—40

2) vestimentum . . . . . 40—41

3) victum . . . . . 41—42

Pars III. Mores pastorum. 43—63

1) de religione . . . . . 43—47

2) de superstitionum generibus . . . . . 47—50

3) de familiaritate, quae inter pastores, greges, naturam intercedit . . . . . 50—52

4) de pastorum amore . . . . . 52—56

a) puellarum . . . . . 52—55

b) puerorum . . . . . 55—56

5) de ingenii pastorum eruditione . . . . . 56—60

6) de imaginibus et comparationibus a pastoribus prolatis 60—63

pag.

Pars IV. Ars pastorum. 63—71

1) de cantu vocis . . . . . 63—64
2) de cantu nervorum . . . . . 64—65
3) de instrumentis 65
4) de fistulae inflandae pastorum scientia 66
5) de carminibus pastorum . . . . . 66—67
6) de carminum argumentis 68
7) de pastorum cantantium sede 68
8) de carminum incitamentis 69
9) de pignoribus a pastoribus depositis . . . 69
10) de arbitro . . . . . 70—71
11) de populari poësi bucolica 71

Epimetrum. 71—75

1) de nominibus bucolicis . . . . . 71—72
2) historia rei pastoralis . . . . . 72—74
3) comparatio morum pastorum a poëtis Graecis et Romanis depictorum . . . . . 74—75

Varro r. r. II 1, 3 sqq. tres gradus humanae vitae numerat, quibus homines a summa memoria gradatim ad ipsius aetatem descenderunt: et summum scribit gradum fuisse naturalem, cum viverent homines ex iis rebus, quae inviolata ultro ferret terra, ex hac vita in secundam descendisse pastoriciam, e feris atque agrestibus ut arboribus ac virgultis decarpendo glandem, arbutum, mora, poma colligerent ad usum, sic ex animalibus cum propter eandem utilitatem, quae possent, silvestria deprenderent ac concluderent et mansuescerent, in quis primum non sine causa putant oves adsumptas et propter utilitatem et propter placiditatem; maxime enim hae natura quietae et aptissimae ad vitam hominum; ad cibum enim lacte et caseum adhibitum, ad corpus vestitum et pelles adtulerunt. Tertio denique gradu a vita pastorali ad agriculturam descenderunt, in qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa, et quo descenderant, ibi processerunt longe, dum ad nos perveniret.

Antiquissimis quidem temporibus, quibus terra nondum divisa et ager pascuus interminatus liberque erat, homines ubique terrarum bona ex gregibus mensos esse consentaneum est: bos maioris, ut ita dicam, notae nummus ducebatur, ovis minoris.

Hoc apparet ex ipso Homero, ubi pretium ex bubus ducitur Il. β 449. ζ 236. φ 79. ψ 703. 705. Odyss. α 431; item Plut. Thes. 25. Cic. de republ. II 35, ubi multae in pecore consistunt, Plin. n. h. XVIII 3. Tacit. Germ. 12; nota etiam verba ex pecore derivata pecunia, peculium, peculatus; nam omnis pecuniae pecus fundamentum Varro r. r. II 1,12. Cic. de rep. II 9. Varro l. l. V 19 pecus — a quo pecunia universa, quod in pecore pecunia tum consistebat pastoribus; Plin. n. h. XVIII 3,11 pecunia ipsa a pecore appellabatur.

Quamquam ipsa quoque agricultura laudibus effertur (Xen. oecon. V. VI. XV 4. Arist. pol. 1319^{a}20. 1337^{b}9. 1257^{a,b}. 1258. Alciphr. I 3 init. et fin. II 11. 13. 21, 3. III 34,1. Aelian ep. rust. 13.20. Thucyd. II 14. Varro r. r. I 2, 16. II praef. 1. Col. I 1. Verg. georg. II 460. Mart. ep. VI 64, 1. Cic. pro Rosc. 18, 50; inprimis Plin. n. h. XVIII 3,11.

Cat. praef. 2 sqq. (virum bonum cum laudabant (maiores nostri), ita laudabant bonum agricolam bonumque colonum; ex agricolis et viri fortissimi et milites strenuissimi gignuntur, maximeque pius quaestus stabilissimusque consequitur minimeque invidiosus, minimeque male cogitantes sunt, qui in eo studio occupati sunt), tamen stabilitate loci accepta homines rem pecuariam, quippe qui fecundus fons vitae et rei familiaris sit, non minoris aestimant quam agriculturam; id quod videmus ex Hom. Il. IX 154. 296 ἄνδρες πολυβοῦται, πολύρρηνες; inprimis pecus ovillum colitur Hom. Odyss. II 75. Athen. XII 57, 540^{D}; Cos insula πολυπρόβατος nominatur Hom. Il. II 676, Arcadia εὔμαλος Theocr. XXII 157. Ael. v. h. XII 56. Diog. Laërt. VI 2, 41; nota Colum. II 16, 2. IV praef. 4. Plin. n. h. XVIII 5, 30. Cic. de off. II 25, 89 a Catone cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: bene pascere, quid secundum: satis bene pascere, quid tertium: male pascere.

Divitiae igitur nobilium principum apud Homerum ante omnia magnis gregibus continentur. Quid mirum, quod primores Troiani velut filii principum (Anchises Il. V 313, Aeneas XX 91. 188, Antiphos XI 106, fratres Andromachae VI 424) ipsi greges pascunt et nonnulli eorum et ipsae nobiles gentes nomina ex re pecuaria sumpta gerunt, Bucolion, Laomedontis filius, Il. VI 25, Butadae, tribus Attica Athen. VI p. 244, Αἰγικορεῖς, tribus Attica Herod. V 66 [similiter Romae nonnullae gentes cognomina habebant, quod de cultu fructuum bene merebantur, Lentuli, Fabii, Cicerones, Hortensii]. Quid? quod summi Graecorum dei pastorales sunt, Apollo, qui pastor apud Admetum mercede servit hymn. Hom. XVIII 32. Long. IV 14. Tib. II 3, 11. III 4, 67. Nem. II 72 di pecorum pavere greges, formosus Apollo, Pan doctus, Fauni vates et pulcher Adonis; item Mercurius hymn. Hom. XVIII 32 (ϑητεύει); Dionysos, Cypris, Endymion [Th.] XX 33 sqq. Adonis V. X 18. Th. I 109. 113. Long. IV 17 βουκόλος ἦν Ἀγχίσης, αἶγας ἔνεμε Βράγχος, ποιμὴν ἦν Γανυμήδης. Ipse Varro r. r. I 2, 15 sq. pastorum vitam dicit esse incentivam, agricolarum succentivam; id. II 1, 9 Romanorum vero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? non ipsos quoque fuisse pastores obtinebit, quod Parilibus potissimum condidere urbem? non idem, quod multa etiam nunc ex vetere instituto bubus et ovibus dicitur et quod aes antiquissimum, quod est flatum, pecore est notatum, et quod, urbs cum condita est, tauro et vacca qua essent muri et portae definitum, et quod, populus Romanus cum lustratur

suovitaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus, et quod nomina multa habemus ab utroque pecore, a maiore et a minore? Pastores ex Hesiodi aetate maioris aestimatos esse quam agricolas, qui βάναυσοι ducebantur, inde apparet, quod poëtae maxime pastoriciam rem fundamenta artis bucolicae iecerunt (cfr. Burckhardt, griech. Kulturgesch. IV^3 131). Huc accedit, quod Alexandrinorum aetate mores et cultus inepte et praeter modum expoliti erant, ut amor ruris quasi beatorum sedis vehementer evocaretur, neque igitur mirum est, quod poëtae bucolici potissimum homines simplices cultusque expertes depingunt, qui artis vinculis cum natura ipsa coniuncti vitam agunt, velut pastores, piscatores, venatores.

Nihil enim festivius rure illis temporibus is putabat, qui a strepitu urbis negotiis functus in agrorum otium divertit, ut a quotidianis relaxet animum molestiis. Ibi sunt rurales Musae, quies, vitalior aër, umbraculorum refrigeratio, fonticulorum amoenitas, ibi est hominum salubre genus et candidum parvoque beatum, ibi est venatio aut piscatus aut molles sub arbore somni; verae esse videntur imagines Saturnii illius regni: quam ob rem quos Alexandrinorum aetate morum plus iusto excultorum taedebat, urbe relicta in campis et silvis et sub agricolarum et pastorum tectis tamquam refugium quaereoant. Quae cum ita sint, rem pecuariam apparet ex hominum memoria permagni momenti propter fructum fuisse atque rus, ubi pastores versantur, Alexandrinorum quidem temporibus quasi sedem beatorum habitum esse. Itaque iuvat condicionem, vitam, mores, artem horum pastorum cognoscere, quos poëtae et scriptores Graeci et Latini depingunt.

Priusquam tamen propius ad intestina pernoscenda accedam, de poëtis bucolicis breviter disseram.

Hi sunt apud Graecos Theocritus, Bio, Moschus, apud Romanos Vergilius, Calpurnius Siculus, Nemesianus; simile argumentum tractant soluta oratione Alciphron (ed. Schepers) in epistularum libro secundo, qui rusticas continet, Claudius Aelianus in libello, qui inscribitur ἐξ Αἰλιανοῦ ἀγροικικῶν ἐπιστολῶν, (Aelianum Alciphronis epistularum imitatorem esse H. Reichius dissertatione sua ostendit cfr. autem Jahresbericht f. klass. Philolog. CVIII 258), Longus, qui fabulam de Daphnidis et Chloes amore conscripsit et quem facile intellegitur non modo multas singulas res vel verbo tenus vel mutata forma a Theocrito mutuatum esse totiusque operis tenorem Theocriti carminibus accommodare studuisse, sed etiam formam et compositionem illius imitatum esse, Euripides in fabula Cyclopis, Tibullus quoque notandi sunt.

Theocritus poëta bucolicus praeclarissimus antiquitatis est, qui primus poësim bucolicam in ordinem ceterorum generum artis poëticae redegit et cuius carmina bucolica, in quibus conscribendis omnem curam atque operam posuit, a nullo poëta bucolico superata sunt; praeter genuina eius opera pastorum vitam tractant subditicia carmina octavum, nonum, vicesimum, vicesimum septimum; locos spuriorum Theocriti carminum quadratis uncis inclusi. Theocritus Vergilium imitatorem carminum suorum habuit, qui eius laureae frustra erat cupidissimus; nam Vergiliani pastores sunt Romani personas pastoricias gerentes neque ea sentiunt aut cogitant, quae sentire atque cogitare solent veriores Theocriti pastores.

Vergili ipsius vestigia presserunt Calpurnius, qui imperii Neronei initio septem carmina bucolica scripsit, et Nemesianus, qui Cari eiusque filiorum aetate quattuor eclogas composuit.

Bio et Moschus, Theocriti pedisequi, quorum in carminibus ieiunum et frigidum aliquid inest, maxime ingeniosos lusus et lepidas circa amorem festivitates tractant; apud eos virtus et veritas rei bucolicae iam evanuerat.

Cum poëtis comparavi scriptores rei rusticae. Graece exsistunt Γεωπονικά, commentarii a Cassiano Basso ex antiquioribus de re rustica scriptoribus collecti; Latine Catonis liber de agricultura, Varronis rerum rusticarum libri tres, Columellae libri XII.

Consideremus nunc p a s t o r u m a poëtis bucolicis descriptorum c o n d i c i o n e m.

G e n e r a g r e g u m, q u i p a s c u n t u r, sunt haec: boves, oves, capellae; apud Calpurnium VI 49 accedunt equae, apud Vergilium X 19 tardi subulci. Pastores igitur sunt bubulci aut opiliones aut caprarii Th. I 80. Verg. X 19, unde pastores electos esse videmus; nam anserum aliarumve pecudum pastores velut χηνοβοσκοί vel ἰβιοβοσκοί nusquam leguntur. Nota schol. Bern. ad Verg. X 19: tria genera pastorum sunt, quae dignitatem in Bucolicis habent, quorum minimi sunt, qui αἰπόλοι dicuntur a Graecis, a nobis caprarii; paulo honestiores, qui μηλονόμοι, ποιμένες i. e. opiliones dicuntur; honoratissimi et maximi, qui βουκόλοι, quos bubulcos dicimus.

Unde igitur magis decuit pastorali carmini nomen imponi quam

ab eo pastorum genere, quod apud pastores excellentissimum existimatur?

Menalcas, qui apud Verg. X 19 iuxta opilionem et subulcos nominatur, bubulcus est: nam pastionem, de qua Menalcas venire dicitur, glandariam Columella VII 3, 4. XI 2, 83 pabulum hiemale etiam bubus commendat, item Cat. 54, 1.

Qui pastores universe memorantur νομεῖς Th. VII 28. [IX] 29. Long. III 4. 12 sive pastores Verg. V 41. 59. VII 25. VIII 23. IX 34. Calp. I 28. 38. III 90. Tib. I 1, 35. II 5, 29. 87; apud V. I 21. VI 4 = opilio; II 1 Corydon pastor, qui oves et capellas pascit: VIII 1 = bubulci; X 51 pastor Siculus = Theocritus; numquam pastor = caprarius: praeterea nominantur custodes V. III 5. V 44. X 36. Calp. I 38 sive magistri V. III 101 sive magistri pecoris Calp. IV 106. Varro r. r. I 2, 14. II 1, 24. II 2, 20. II 3, 8. II 10, 2. 5. 10. Col. VII 3, 16. sive magistri gregis Tib. II 5, 35.

Confer nomina, quae apud Homerum pastores notantia legimus.

Universe ποιμήν Il. IV 455. V 137. Od. IV 87. ποιμένες ἄγραυλοι Il. XVIII 162. ἐπιποιμένες Od. XII 131. νομεὺς ἀνήρ Il. XVII 65. Od. XXI 18. νομεύς Il. XVIII 525. Od. XVI 3. XVII 214. 264. XX 175. βώτωρ ἀνήρ Il. XII 302. Od. XIV 102. XVII 200. ἐπιβώτωρ Od. XIII 222;

bubulcus appellatur βουκόλος Il. XV 587. Od. XX 227. XXI 83. βουκόλος ἀνήρ Il. XIII 571. XXIII 845. Od. XI 293. βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ Od. III 421. XX 234;

opilio μηλοβοτήρ Il. XVIII 529;

caprarius αἰπόλος ἀνήρ Il. II 474. αἰπόλος αἰγῶν Od. XVII 247;

subulcus ὑφορβός Od. XIV 3. 48. 401. 413. ὑφορβὸς ἀνήρ Od. XIV 410. συφορβός Od. XVI 154. XVII 551. Il. XXI 282. συβώτης Od. XIV 7. 459. XV 304. IV 640. XXII 103. XXIV 150. συῶν ἐπίουρος Od. XIII 405. XV 39; similiter βοῶν ἐπίουρος [Th.] XXV 1.

Pascere apud Graecos dicitur νομεύειν Th. I 120. IV 17. [XX] 35. (vaccas); I 109. III 46. [XXVII] 67. (oves); I 14. VII 87 (capellas); VII 113 (verisimiliter capellas, quod Pan commemoratur); νέμειν Th. IV 14. V 100. [VIII] 69. Long. I 2. 8. 14. 29. 16. 27ter. 30. 32 bis. II 2. 3. 5. 8. 14. 15. 16. 20 bis. 22. 23. 29. 34. 39. III 26. IV 3. 13. 15. 16. 17. 18 bis. 21. 27. 28. 38. βόσκειν Th. III 1. 3. IV 2. V 82. 103. [VIII] 48. [IX] 4. XI 34. εἰς νομὴν ἄγειν [Th.] VIII 40. Long. I 28. ἐλαύνειν Th. III 2. IV 23. V 89. [VIII] 73. [XX] 32. Long. I 12. 20. 21. II 2 (κατελαύνειν εἰς τὸ πεδίον ἀγέλην). II 3. 9. 27. 28. 38. III 3. 12. 15. 28. IV 12; apud Romanos pascere

V. I 45. III 85. 86. 96. V 12. 24. 77. VI 5. VII 39. 44. Calp. II 68. Nem. I 75. II 72. 78. 95. Tib. I 2, 72 (boves); V. VI 5. IV 45. X 18 (oves); I 77. III 96. IX 23. 24. 31 (capellas); versare V. X 68 cfr. Serv. ad X 68 versemus, pascamus, quoniam qui pascit, huc et illuc agit pecus, quod est versare; agere (capellas) V. I 13; ducere V. I 13; compellere (haedorum gregem) V. II 30; cogere (pecus, oves) V. III 20. 98; ἀποβουκολεῖν Long. I 27.

Boum pastores primum inter pastores locum obtinent propter boum maiestatem, quae a Columella VI praef. et a Varrone r. r. II 5, 3. 4 (bos in pecuaria maxima debet esse auctoritate, praesertim in Italia, quae a bubus nomen habere sit existimata) praedicatur; etiam Th. I 86. V. X 19. Calp. III 63. Long. I 16. Graece nominantur βοῦται Th. I 80. 86. 113. VI 44. VII 73. Bio IX 4; ἀνὴρ βούτας [Th.] XX 34; βουκόλοι Th. I 92. 105. 116. IV 5. 13. 37. V 62. VI 1. [VIII] 80. [IX] 8. [XX] 3. 32. 37. 40. 42. [XXVII] 1. 2. Long. I 12 ter. 15 bis. 16. 19 bis. 31. II 5 bis. 15 bis. IV 7. 18. 28; alia nomina sunt βουκολέων Th. VII 92. [VIII] 1. [XX] 38 sive ὁ τὰς βόας νομεύων Th. I 120 sive βοῶν ἐπίουρος [Th.] VIII 6. XXV 1. sive παῖς βοηνόμος [Th.] XX 41. Latine hi pastores, qui a scriptoribus rei rusticae bubulci appellantur, a poëtis bucolicis non proprie significantur, cum Vergilius et Calpurnius raro singula pastorum genera accurate et distincte discernant, id quod postea videbimus.

Bubulcorum clarissimus est Daphnis, cuius personam pastoriciam Stesichorus Himerensis primus poëtice ornavit Ael. var. hist. X 18. Musis et Nymphis amicus, heros vitae pastoriciae Siculorum Th. I 19. V 20. 81. VII 73; certat cum Damoeta Th. VI, puer (h. e. pastor ab eius nomine appellatus) certat cum Menalca [Th.] VIII. IX; eius formositas V. II 26, eius mors V. V 20—44 a Mopso eiusque apotheosis V. V 56—80 a Menalca canitur. Daphnis est heros apud Th. I. Verg. VII. V. II. V, cum pastores ex illo nominati memorentur apud Th. VI. [VIII]. [IX]. Verg. III 14. VII 8 (arbiter certaminis). VIII (infidus veneficae amator). IX 46. 50 (rusticus), unde videmus apud Vergilium Daphnidem numquam canentem induci.

Alii boum pastores sunt Αἴγων Th. IV 13, qui boves Corydoni tradidit Th. IV 1; Λυκώπας Th. V 62; Σιμιχίδας Th. VII 92; Δάφνις [Th.] VIII 91; Μενάλκας [Th.] IX 3; Πολύφαμος Th. XI 34; Meliboeus V. VII 11; Damon et Alphesiboeus V. VIII 1. 2; Jollas, qui iuvencam quaerit, Calp. III 1. 98; Lycidas, taurorum pastor Calp. III 2. 16. 64; cuius mulctris numerosa bucula siccatur 66; Corydon et Ornytus fratres Calp. I 4; Idas et Alcon pueri Nem.

II 90: Δόρκων Long. I 15. 16. 17. 18. IV 38; Φιλητᾶς Long. II 3. 5. 7. 8. 15. 17. 32. 35. 37. IV 38; Λάμπις Long. IV 7. 28. 29. 38.

Infra bubulcos et supra caprarios dicendi sunt ovium pastores Graece ποιμένες Th. I 7. 15. 80. V 1. 90. 138. 143. VII 71. 151. [VIII] 9. 44. 92. (hic quilibet pastor significatur). Bio XVI 4. Alciphr. II 39, 1; Latine ovium magistri V. II 33. sive upiliones V. X 19 sive ovium custodes V. III 5. Hor. carm. IV 12, 10 sive duces gregis Tib. I 10, 10 nominantur.

Officium opilionis est ποιμαίνειν Th. XI 65. 80. Eur. Cycl. 26. Long. I 7. III 25 sive μῆλα νέμειν Eur. Cycl. 28; oves pascere V. IV 45. VI 5. X 18. Calp. II 12.

Ovium pastores sunt hi: Θύρσις Th. I 7. 15. Μενάλκας [Th.] VIII 44; Λάκων Th. V 1. 90. 138. 143; Πολύφαμος Th. VI 6. 19. 21. 28. VII 151. XI 65; Ἄδωνις Th. I 109. III 47; Δρύας Long. I 4. 7. II 36. III 5. 7. 10. 25. 27. 31. 32. IV 7. 25. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 37. 38; Χλόη Long. I 6. 7. 10. 12. 13. 15. 17. 18 al.; Πυρρίας Alc. II 39, 1; Thyrsis V. VII 3; Adonis, formosus opilio mythicus, V. X 18; Idas, dominus lanigeri gregis, Calp. II 2; Chromis et Mnasylus V. VI 13. 85.

Infimi caprarii sunt, qui ut nimis libidinosi vituperantur Th. I 86 sq. Long. IV 11, Graece αἰπόλοι Th. I 1 12. 80. 86. 87. III 19. V 110. VII 13. 14. 42. 78. VI 7. [VIII] 26. 29. 81. Long. I 8. 31. 32. II 9. 15. 29. 33. 39. III 18. 23. 28. 34. IV 11. 14. 15. 19. 20. 25 bis. 33. sive αἰπολέων [Th.] VIII 85 sive ὁ νέμων τὰς αἶγας Long. II 14. IV 13, Latine nusquam proprie significantur, sed ex contextu cognoscuntur V. IX 23 (pasce capellas); V. III 96 (reice a flumine capellas); V. VIII 34 caprarius hirsuto supercilio barbaque promissa depingitur; V. V 12 (pascentes servabit Tityrus haedos); V. I 12. 13. (ago capellas); V. VII 3 (compulerat Corydon distentas lacte capellas); Calp. III 63. 64 (certaverit ille tot haedos pascere).

Clarissimus capellarum pastorum est Comatas Th. VII 83. 78. 89, qui a domino suo crudeli propter domini capellas Musis oblatas in cistam ligneam inclusus mirum in modum favis apium nutritus est; alius est Comatas, cuius Th. V 4. 9. 19. 79. 138. 150 mentio fit, quamquam ipse quoque capellarum pastor est.

Alii caprarii sunt: αἰπόλος quidam sine nomine scriptus Th. I 1. 12. 80. 87; alius item non nominatim memoratus Th. III 19 eiusque minister Τίτυρος Th. III 2. 3. 4; Λυκίδας Th. VII 55; Βάττος Th. IV 39; Πολύφαμος Th. VI 7; Μενάλκας Th. IX 17 sq;

Λάμων Long. I 2. 7. 12. II 33. 35. 37. III 11. 26. 29. 30. 32. IV 1. 7. 8. 10. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 32. 33. 37. 38; Δάφνις Long. I 3. 7. 10. 12. 13. 14. 15. 16. al.; Menalcas V. III 34; Meliboeus V. I 12. 22. 74; Corydon V. VII 3; Damon V. III 17. 23; Mopsus V. V 12. Calp. III 64.

Hi, quos supra commemoravi, pastorum ordines apud Theocritum severissime distinguuntur, cum apud Vergilium et Calpurnium saepe pastores inveniamus, qui praeter pecuaria iidem agros et hortos colunt, venationi et rei apiariae student aut diversa pecoris genera simul pascunt; Vergiliani enim pastores nitidi possessores sunt, qui pecuariam faciunt iidemque agros curant.

Semel apud Theocritum simili rationi occurrimus; in id. [VIII] 39. 40. 45 Menalcas opilio commemorat oves et capellas; id quod numquam in genuinis Theocriti carminibus invenimus.

Sed apud Vergilium hoc saepe legitur.

V. I Tityrus et boves 9 et oves 8. 21 pascit, et poma educat 37 et vitem colit 39 et apes curat 54; Meliboeus capellas pascit 12. 74 et agros colit 69. 73 et vitem et poma 73;

V. II Corydon et oves agnasque 21. 22 et haedorum gregem 30 pascit;

V. III Damoetas vitulas taurosque 29. 100 et oves 3 et capellas Tityro ministrante 96 pascit et cum Palaemonem vicinum 53 appellet, Damoetam ipsum opinor prope prata possedisse; Menalcas caprarius oves 34. 94. 98. 103 et capellas 34 pascit; Micon arbustum habet 10;

V. VII Meliboeus capellas 7. 9. et oves 15 pascit et teneras defendit a frigore myrtos 6; Daphnis iuvencos 11 et prata 11 possidet;

V. VIII caprarius non nominatim memoratus filius parentum est, qui pomarium 37 habent;

V. IX Menalcas cum Moeride servo haedos pascit 6 et possessor agelli est 3; Daphnis est simplex homo rusticus, qui piros inserit 46. 50.

Apud Calpurnium quamquam et pastorum ordines et pastoria condicio purius quam apud Vergilium depinguntur, tamen Micon eiusque alumnus Canthus, cui ordinem et tempora laborum in grege curando describit et senex vitam pastoriciam quasi mercennarii satis aerumnosam ostendit, et oves Calp. V 15. 29. 37. 40. 48. 73. 84 et capellas 5. 14. 23. 30 pascunt; praeterea Lycidas equarum non vulgare genus VI 49 colit.

Inde intellegimus Vergili pastores eosdem agricolas esse, quippe cum pastoricia vita artissimis vinculis cum agricultura conexa sit, vites quoque coluisse, rem equariam (apud Calpurnium solum) exercuisse et venationem V. II 29. 40. III 12. 75. V 60. VII 29. X 56. Nem. III 3 (Pan). ἄγρα Th. I 15. (Pan). 107 (Adonis), 135 (Daphnis). V 107 (τὰ θηρία πάντα διώκειν), fiscellam hibisco texere V. X 71. II 71 (aliquid, quorum indiget usus, viminibus mollique iunco detexere). Calp. III 69. Nem. I 1. II 33. Tib. II 3, 19. Th. I 52 (ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν σχοίνῳ ἐφαρμόσδων). XI 73 (ταλάρως πλέκειν).

Cum Vergiliani pastores non solum pastores, sed etiam agrorum possessores sint, agri vel arva vel rura saepissime memorantur V. I 46. II 28. V 58 (rura); I 12. 72. III 56. V 35. VI 48. VII 57. IX 2 (agri); I 3. V 33 (arva); I 70 (novalia); V 36. IV 33 (sulci); IV 28 (campus); VII 34. 65. 68 (horti); Theocritus quoque de ruribus loquitur, quae tamen non pastorum sunt, I 46. VII 34 (ἀλωά). [IX] 23 (ἀγρός).

Praeter pastores Theocritus commemorat X 1. 9 ἐργατίνα et ἐργάτης ἀνήρ (i. e. mercennarii); VII 28 ἀμητῆρες, X 16 ἀμάντες, V 111 καλαμευταί (i. e. messores); [VIII] 58 auceps significatur, item Long. III 10 (Daphnis et Chloe); apud Vergilium invenimus agricolas V 80. IX 61; colonos IX 4; aratores III 42. IV 41; messores II 10. III 42. V 70. Einsidl. II 25; frondatores I 56; vinitores X 36; apud Calpurnium calcatores IV 124; horti cultores II 2; olitores II 74.

Nunc spectemus, qui condicionis publicae gradus inter pastores exstiterint. Pastores liberi et sui pecoris domini expressis verbis memorantur hi: Πολύφαμος Th. XI 34 sq. (pro Homeri Odyssea IX); Corydon V. II 20 sq.; Idas Calp. II 2. 68 sq. Qua in re cum Vergilius et Calpurnius (II 68) his locis Theocriti Cyclopem imitentur, haec exempla propria numerari non possunt; nam quod ad Polyphemum attinet, fabulae tribuendus est.

Lacon Th. V 5 servus Sibyrtae est; Tityrus V. I 27 sero liber factus est, quod antea peculium suum nihil curaverat 32; Comatas Th. V 8 servus est.

Idas Calp. II 2 est lanigeri gregis dominus; Lamon Long. IV 1 servus est, item IV 13. 33, quod ei libertas promittitur.

Plurimorum autem pastorum condicionem publicam poëtae bucolici silentio praetereunt.

V. I 26 Tityrus servus in urbem Romam profectus est, ut pe-

culio se redimat; hic locus nescio an exemplum fuerit Calpurnii VII 1, ubi Corydon facile in urbem profectus ludis imperatoris Neronis interest, unde illum libertate quadam usum esse apparet.

Deinde pastores nondum adulti itaque nondum sui iuris memorantur, qui parentum suorum greges pascunt [Th.] VIII 3. 15 Δάφνις et Μενάλκας; V. III 32 sq. Menalcas; Long. IV 21 filius Daphnidis paternas capellas pascit; Calp. I 4. 8 Ornytus et Corydon fratres; Tib. I 10, 41 (ipse suas sectatur oves, at filius agnos).

Tum pastores invenimus, qui greges aliorum pro mercede pascunt; memorantur tales mercennarii Th. IV 2 Κορύδων, servus Aegonis; V. III 2. 5. Damoetas, servus Aegonis; Calp. IV 152 sq. Corydon; Apollo ipse et Mercurius pastores ϑητεύουσιν hymn. Hom. XVIII 32.

Gregum domini sunt hi Th. IV 1 Φιλώνδας, 2. 26. 34 Αἴγων, qui cum Milone iter Olympiam fecit; Th. V 1. 5. 72. 74 Σιβύρτας Θούριος; 10. 73 Εὐμάρας Συβαρίτης; V. III 1. V 87. Meliboeus; V. III 2 Aegon; V. III 16 (quid domini faciant, audent cum talia fures?). II 2 (dominus). Th. V 10 (δεσπότης) rationem inter dominos et servos intercedere significatur.

Corydon V. II 21 quod mille se agnas possidere gloriatur, Vergilium Theocriti Cyclopem (XI 34) imitatum esse iam supra dixi. Nota Damoetam, quamquam Aegonis pecus custodit, tamen vitulam pro pignore deponere V. III 29, id quod Menalcas facere non audet 32.

Pastorio munere funguntur servi hi Lacon Th. V 1. 2. 72; Comatas Th. V 73. VII 83; Tityrus, qui peculii auxilio se in libertatem vindicaverat V. I 26. 32. 33; Moeris, servus Menalcae V. IX 3; Alciphr. II 18 (ϑητεύων), II 21, 1 (ἀνδράποδον); Eur. Cycl. 24 (δοῦλοι), 77. 78 (ϑητεύειν); Λάμων Long. IV 1 (δοῦλος); nota etiam inscriptionem Africanam (Festschrift für Hirschfeld 171 sqq.), ubi domini pecorum admonentur, ut servos iniuria, quam oves faciant, prohibeant.

Pecuarii, qui servis usi pecora ad pascua ducunt, sunt hi Th. V 73 Σιβύρτας ὁ Θούριος, cuius oves pascit Λάκων, et Εὐμάρας ὁ Συβαρίτας, cuius capellas pascit Κομάτας; V. IX 3 Moeridis dominus est Menalcas, qui etiam pecoris cultum agrorum possessor exercet.

Nonnullis pastoribus adduntur m i n i s t r i vel pueri vel alumni vel servi auxilio: Th. III 2. 3 Τίτυρος, qui caprarii capellas pascit; V. III 20 Tityrus, qui Menalcae pecus cogit; IX 23 Tityrus, qui pastas capellas potum agit; V 12 pascentes servabit Tityrus haedos;

Calp. III 19. 74. 98. 99. Tityrus, qui iuvencam Jollae quaerit; unde Tityrum pastorem, cuius nomen a capro ductum caprario imponitur et a poëtis bucolicis plerumque pastori datur, qui salva et integra pecora pascit, amissam iuvencam invenit, aliorum greges sine detrimento colit V. I 51. V 12. IX 23. Calp. III 98, [Tityrus perfecta fidelis caprarii effigies videtur] inferiorem esse videmus, cui sero libertas contigit V. I 27 cuiusque ars canendi parvi aestimatur V. VIII 55, ad quem locum Servius annotat eum esse vilissimum rusticum; Calp. V 1 Canthus, Miconis alumnus; geopon. XVIII 1 ἀρκέσει εἰς ἀνὴρ εἴκοσι προβάτων εἰς ἐπιμέλειαν, ἔχων παιδίον εἰς ἐπικουρίαν; pueri memorantur V. III 93. 98. 111. I 45.

Ipsae ancillae pastores adiuvant V. II 10 Thestylis, quae fessis messoribus allia serpulumque herbas contundit olentes, II 43 Thestylis, quae capreolos a Corydone abducere orat; VII 14. 15 Alcippe et Phyllis, quae depulsos a lacte agnos domi claudere solebant; Th. V 85 καί μ᾽ ἁ παῖς ποθορῶσα „τάλαν" λέγει „αὐτὸς ἀμέλγεις"; Hae ancillae non feminae pastorum sunt, sed adiuvant pastores inter pascendum.

Pastorio officio funguntur et s e n e s et i u v e n e s et p u e r i.

Senes memorantur V. I 28, Tityrus, cui candidior barba est; IX 52 Moeris, qui longos soles cantando puerum se condere meminit; Calp. V 1. 13 Micon senior, cuius baculum premit inclinata senectus; VII 73 Lycotas, quem tremebunda senectus impedit; Nem. I 9 Tityrus, qui tot annos et canam comam habet cuiusque senectus memoratur 43; Eurip. Electr. 489. 498. 519 γέρων, γεραιός.

Iuvenes vel viri validissima aetate florentes plurimi videntur fuisse pastores V. VII 4 Thyrsis et Corydon, ambo florentes aetatibus; Calp. IV 10 iuvenis; V 11 gnava iuventa; Nem. I 10 Timetas iuvenis; IV 36 iam tibi bis denis numerantur messibus anni.

Pueri dicuntur [Th.] VIII 3 Δάφνις et Μενάλκας, ἄμφω ἀνάβω. 28. 61. 81 παῖδες; 66. 88 Δάφνις παῖς. 93 ἄκρηβος. 64 μικκός; Th. XI 9 Πολύφαμος ἄρτι γενειάσδων περὶ τὸ στόμα; geop. II 2 ἑκάστη ἡλικία πρὸς γεωργίαν ἔχει τὴν ἑαυτῆς ἐπιτηδειότητα, ἐξαιρέτως δ᾽ οἱ παῖδες; V. III 32 Menalcas, cui domi pater est et iniusta noverca; III 93. 98. 111 pueri; V 49. 19. IX 66 puer (verisimiliter blanda et amica appellatio); VIII 37 Damon duodecim annos natus; Calp. I 4. 8 Corydon et Ornytus fratres; IV 23 Corydon puer; V 7 Canthus puer; Einsidl. I 2. 19 pueri; Nemes. I 81. Timetas puer; II 16. 17. 81 (ubi poëta Theocriti id. [VIII] 3. 4 imitatur); Long. I 27 παῖς, qui prope boves pascit; II 3 παῖδες; IV 6. 17. 25 μειράκιον.

Ubi apud Euripidem Cycl. 28. 36. 269. 587 παῖδες legimus, servi significantur.

Quod ad fortunas pastorum attinet, nonnulla ex poëtarum bucolicorum carminibus colligere potui.

Inter pastores et divites et pauperes invenimus: dominos gregum vel possessores locupletes esse consentaneum est, velut Th. XI 34 Polyphemus gloriatur se mille pecudes pascere, similiter V. II 21 Corydon et Calp. II 68 Idas; Tib. II 5, 35 dives gregis magister; Long. I 16 Dorco Daphnidi obicit, quod πένης ἐστὶν ὡς μηδὲ κύνα τρέφειν; I 19 δῶρα πολλὰ καὶ μεγάλα, ὡς βουκόλος, ἐπηγγέλλετο; Calp. III 64 Lycidas divitiorem Mopso se esse gloriatur;

huc spectant ei quoque pastores, qui pignora vel praemia non exigua deponunt: Th. I 25 αἶγα διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδέϊ κηρῷ caprarius Thyrsidi praemia cantus dat; nota emptionis pretium poculi I 57 τῶ μὲν ἐγὼ ποροθμεῖ Καλυδωνίῳ (Καλυδνίῳ Wilamowitz) αἶγά τ' ἔδωκα ὦνον καὶ τυροέντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος; Th. III 34 λευκὰν διδυματόκον αἶγα; V 24 ἡνίδε κεῖται ὥριφος (Comatae),V 30 ἴδ' ὁ τράγος οὗτος ἐρίσδει (Laconis); V 104 sq. ἔστι δέ μοι (Κομάτᾳ) γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἔστι δὲ κρατήρ, ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω; [VIII] 14 Daphnis μόσχον deponere vult et Menalcam ἰσομάτορα ἀμνόν deponere iubet; V. III 35 sq. Menalcas et Damoetas bina pocula a divino Alcimedonte facta deponunt; Calp. II 7 Idas deponit septem vellera; VI 3 Nyctilus haedos iuncta matre dedit; VII 9 Stimichoni pastores tenerum haedum donant.

Quod pastores ex grege domini, id quod non facile permissum erat, pecudes deponunt, id ex peculio servis concesso fieri potuit. Id enim ex pecore constitisse ex V. I 32. Varr. r. r. I 2, 17. digest. XV tit. 1. Plaut. asin. 540 (etiam opilio, qui pascit alienas oves, aliquam habet peculiarem) apparet.

Praeter hos divites pastores invenimus eos, qui magno cum labore victum suum quaerere coguntur Calp. IV 23 Corydon Amyntam hortatur, ut calamis fractis et inanibus Musis desertis potius ad famem explendam glandes rubicundaque corna colligat et lac venale non tacitus per urbem portet; III 82 Mopsus est homo extremae paupertatis, qui ferales lupinos nocte ex alieno agro furari et cocto legumine panem pensare cogitur.

Denique illud addiderim ne unam quidem feminam pascentem in eis, quae pervestigavi, carminibus me invenisse. Apud Longum Chloe puella oves pascit III 25 ποιμαίνουσα κόρη.

Haec apud poëtas bucolicos de pastorum condicione legimus; consideremus nunc, quae rei rusticae scriptores de pastorum condicione docent.

Primo locos afferam, ex quibus aperte intellegimus pastores servos fuisse. Hom. Od. XIV 3. 4. 59. 63. 80. XV 307. XVII 199. XXII 267 Εὔμαιος, subulcus servus Ὀδυσσῆος; Od. XVII 212. XXI 176. XXII 474 Μελάνθιος, αἰπόλος αἰγῶν; Od. XX 185. XXI 83. 189. XXII 268 Φιλοίτιος βουκόλος; Hes. ἔργα 406 κτητὴ ἥτις καὶ βουσὶν ἔποιτο; Eurip. Cycl. 26. 83 (δοῦλοι, θητεύειν, παῖδες); Isaeus de Philoct. hered. 33 ἔτι δ' αἴγας ἀπέδοτο σὺν τῷ αἰπόλῳ τριῶν καὶ δέκα μνῶν; Plat. Jon 540^{c} βουκόλος δοῦλος; Soph. Oed. Rex 1123; Eurip. Alcest. 8 καί με θητεύειν πατὴρ θνητῷ παρ' ἀνδρὶ τῶν δ' (Κυκλώπων) ἄποιν' ἠνάγκασεν· ἐλθὼν δὲ γαῖαν τήνδ' ἐβουφόρβουν ξένῳ; Theocr. V 5 alter pastor expressis verbis servus dicitur, alter convicii tantum causa liber appellatur; [Plut.] pro nobil. 20 γεωργοὶ ἐν πολυτελεῖ δούλων οἰκίᾳ εἰσὶν ὥσπερ οἱ κτηνονόμοι; Plut. Crass. 9 καὶ προσεγένοντο (fugitivis servis) πολλοὶ τῶν αὐτόθι βοτήρων καὶ ποιμένων αὐτοῖς; Alciphr. ep. II 18 ὁ μισθωτὸς non impedivit, ne capra a lupo devoraretur; id quod liber sane mercennarius item facere potuit; Long. IV 1. 13. 33 (δοῦλος); nota denique, quae p. 10 dicta sunt;

Varr. r. r. I 2, 17 servis peculium a domino datur, ut pascant; II 10, 6 pastoribus conserva mulier conceditur; II 10, 4 sqq. ex sex modis emptionis videmus eos servos fuisse; II 1, 26 in numero familiae rusticae sunt; [V. I 27 Tityrus servus peculii auxilio se redimit]; Caes. b. c. I 24 servos, pastores armat; quamquam ex hoc loco pastores servos fuisse distincte colligi non potest, tamen pastores eodem loco quo servi habentur; Liv. XXXIX 29 magnum motum servilem pastorum memorat; Sueton. de vit. Caes. 42 Caesar sanxit, ne ii, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent; ita liberis hominibus, qui res ad vitam necessarias haud facile habebant, quaestus apertus est; CIL IX 947 servus pecuarius nominatur; cfr. etiam, quae p. 10 dixi.

Inter familiam rusticam autem maiore libertate pastores quam ceteros servos usos esse ex his causis credo: primum ad greges pascendos fidi homines necessarii erant, praesertim cum eis satis magnae pecudum copiae committerentur; deinde robusti validique homines requirebantur, quippe qui totam per aestatem plerumque tecta non subirent, sed in tuguriis versarentur; tertium in tractando atque curando pecore permultum pendebat ex pastorum arbitrio, quamo-

brem Cato V 6 suadet, ut villicus bubulcis partim obsequatur, quo libentius boves curent.

Ex vestimentis pastorum servos eos fuisse non apparet: Eur. Cycl. 78 θητεύω δοῦλος σὺν τᾷδε τράγου χλαίνᾳ μελέᾳ (de choro Satyrorum agitur); [Xenoph.] rep. Athen. I 10 ἐσθῆτα γὰρ οὐδὲν ἔχει βελτίω ὁ δῆμος (Ἀθήνησιν) αὐτόθι ἢ οἱ δοῦλοι; nam pellis ovina et galerus canina pelle factus (Arist. vesp. 444), quae servi ad labores rusticos adhibiti gerebant, idem antiquus habitus liberorum agricolarum est; de veste servili pelle ovina assuta idem novimus (Arist. eccles. 724. Lysist 1151 κατωνάκῃ; Hom. Od. XXIV 231 κυνέῃ αἰγείῃ; Theocr. VII 16 κνακὸν δέρμα λασίοιο τράγοιο: cfr. W. Schmid zur Gesch. des griech. Dithyramb. 12: Prop. IV 1, 12. Eratosth. frag. 33 Hiller; [Verg.] Moret. 22. Alciphr. ep. III 34, 2 νάκος ἐναψάμενος; II 23 σισύρα; Arrian anab. VII 9, 2. Varro r. r. II 11, 11 diphtera; Dio Chrysost. or. 72 κοσύμβῃ); nomina tantum et crines liberorum et servorum diversa erant Olympiod. ad Plat. Alcib. p. 148 πάλαι γὰρ καὶ τοῖς ὀνόμασι διεκέκριντο οἱ ἐλεύθεροι τῶν δούλων καὶ ταῖς θριξίν.

Ceterum munera a servis facta a veteribus parvi aestimantur Hom. Od. XVII 320—321. Colum. I 7. Plin. n. h. XVIII 7.

Pastoribus peculium a dominis datur, ut pascant Varr. r. r. I 2, 17. II 10, 5; apud ipsum Homerum Od. XIV 73. 81 Eumaeo servo subulco facultas est libera pecoris crediti; pastores et Theocriti et Vergilii quod agnis et capellis grata dona faciunt, legitime agunt, cum peculiare aliquid ex pecore eis concedatur (Plaut. asin. 540), cuius liberam potestatem habent. Auxilio eius peculii servis libertatem sibi comparare licebat V. I 27 (Tityrus). Tac. annal. XIV 42.

Matrimonium familiae rusticae, in qua pastores quoque numerantur, plerumque permittitur Alciphr. II 15, 1. Varr. r. r. II 1, 26, qui non humanitate permotus mulieres pastoribus concedit, sed quo facilius ad greges pastores retineantur et quod mulieres puerperio familiam faciunt maiorem et rem pecuariam fructuosiorem; similiter cogitant Colum. I 8, 19 et Appian. b. c. I 7: mulieres eas esse oportet firmas, non turpes, quae in opere multis regionibus non cedunt viris, ut in Illyrico passim videre licet, quod vel pascere pecus vel ad focum adferre ligna ac cibum coquere vel ad casas instrumentum servare possunt (Varr. II 10, 7).

Quod singula praecepta pastoribus data apud Varronem legimus, antiquis temporibus magnam rei pastoralis rationem habitam

esse videmus, praesertim cum officium pastorum illa aetate difficilius atque operosius esset.

De numero pastorum constituit Varro II 2, 20. II 10, 10 in octogenas oves singulos pastores, Atticus in centenas; is numerus secundum pecudum multitudinem atque genera et locorum diversitatem, ubi pascitur, esse debet ita, ut sufficiat ad caseos faciendos et ad omnia commode explicanda; Catone 10 auctore unus pastor centum oves habet aut quinquaginta capellas; geopon. XVIII 1 ἀρκέσει εἷς ἀνὴρ εἴκοσι προβάτων εἰς ἐπιμέλειαν, ἔχων παιδίον εἰς ἐπικουρίαν; Demosth. contra Euerg. et Mnesib. 52 τὰ πρόβατα λαμβάνει ποιμαινόμενα πεντήκοντα μαλακὰ καὶ τὸν ποιμένα μετ' αὐτῶν; Long. III 29 Daphnis quinquaginta capras acceptas duplicavit; Long. IV 14 Daphnis a Lamone quinquaginta capras pascendas accepit et duos hircos; hic usque ad centenas auctas capras dedit et decem hircos.

De genere quoque pastorum, quale habendum sit, Varro r. r. II 10, 1 sqq. talia docet: ad maiores pecudes adhibentur aetate superiores, ad minores etiam pueri, utrique firmiores, qui in callibus versantur, quam ii qui in fundo quotidie ad villam redeunt: itaque in saltibus licet videre iuventutem et eam fere armatam, cum in fundis non modo pueri, sed etiam puellae pascant; item Col. VII 26. Porro Varro r. r. II 10, 2 qui pascunt, eos cogere oportet in pastione diem totum esse, pascere communiter (nota hic Long. I 10 Δάφνις καὶ Χλόη πάντα κοινῇ ἔπραττον πλησίον ἀλλήλων νέμοντες, ὁ ἕτερος τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφορύρησε; et Long. IV 23 νέμειν κοινῇ), contra pernoctare ad suum quemque gregem: esse omnes sub uno magistro pecoris: eum esse maiorem natu potius quam alios et peritiorem quam reliquos, quod ei, qui aetate et scientia praestat, animo aequiore reliqui parent; ita tamen oportet aetate praestare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores. Neque enim senes neque pueri callium difficultatem ac montium arduitatem atque asperitatem facile ferunt, quod patiendum illis, qui greges sequuntur, praesertim armenticios ac caprinos, quibus rupes ac silvae ad pabulandum cordi.

Formae hominum legendae, ut sint firmae ac veloces, mobiles, expeditis membris, qui non solum pecus sequi possint, sed etiam a bestiis ac praedonibus defendere, qui onera extollere in iumenta possint, qui excurrere, qui iaculari.

Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Bastulus neque Turdulus idonei, Galli adpositissimi, maxime ad iumenta.

Alia praecepta pastorum sunt haec: pastorem oportet esse diligentem Col. XI 1, 18 et vigilantem Col. VII 3, 26 (apud Alciphr. II 18 invenimus pastorem καταπίπτοντα εἰς ὕπνον); quaestum pastoris esse ea, quae nata ex pecore Varr. r. r. II praef. 5; quod Varro II 4, 22 subulcum pauciores comites quaerere dicit, omnes pastores, id quod etiam apud poëtas vidimus, comites habere apparet; scripta pastorem habere oportet signa morborum et genera curationum Varr. II 7, 16, unde pastorem legendi et scribendi peritum esse intellegimus Varr. II 5, 18. II 7, 16, id quod postea apud poëtas quoque videbimus.

Etiam singulis pastorum generibus et magistro pecoris a scriptoribus rei rusticae haec praecepta dantur:

Varro II 10, 10 quae ad valetudinem pertinent hominum ac pecoris et sine medico curari possunt, magistrum pecoris scripta habere oportet; is enim sine litteris idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere nequiquam recte potest; Varro II 10, 2 magistrum pecoris esse maiorem natu potius quam alios et peritiorem quam reliquos, quod ei, qui aetate et scientia praestat, animo aequiore reliqui parent; ita tamen oportet aetate praestare, ut ne propter senectutem minus sustinere possit labores; Varro II 10, 5 magistrum providere oportet, ut omnia sequantur instrumenta, quae pecori et pastoribus opus sunt, maxime ad victum hominum et ad medicinam pecudum; ad quam rem habent iumenta dossuaria domini, alii equas, alii pro iis quid aliud, quod onus dosso ferre possit; Varro II 1, 24 magistrum pecoris habere oportet scripta signa et causas morborum in omni pecore, id quod etiam II 2, 20 legimus.

Columella VII 3, 25 custodibus omnium quadrupedum praecepta dat; geop. II 2, 6 caprario et geop. II 2, 5. Col. II 2, 25 bubulco; officium porculatoris describit Col. VII 7, 6 sq. VII 9 sq. Varro II 4, 20 subulcus sues consuefacere debet, omnia ut faciant ad bucinam; opilionis Col. XI 1, 18. Varr. II 2, 2 sq., quid faciendum sit de emptione, forma, aetate, pastione, fetura, nutricatu, sanitate ovium.

Quod ad tractationem familiae rusticae attinet, Xenophon οἰκον. V 16. IX 5. XIII 9 iustitiam et humanitatem commendat; interesse magni benevolentiam villici, ἐπιτρόπου, et villicae, ταμίας, semper servari Xenoph. XII 5 sq.; ipse Varro r. r. I 17, 5 dicit praefectos alacriores faciendum praemiis dandaque opera, ut habeant peculium et coniunctas conservas, e quibus habeant filios; eo enim fiunt firmiores ac coniunctiores fundo; inliciendam voluntatem praefectorum

honore aliquo habendo et de operariis, qui praestabunt alios, communicandum quoque cum his, quae facienda sint opera, quod, ita cum fit, minus se putant despici atque aliquo numero haberi a domino; studiosiores ad opus fieri liberalius tractando aut cibariis aut vestitu largiore aut remissione operis concessioneve, ut peculiare aliquid in fundo pascere liceat, huiusce modi rerum aliis, ut quibus quid gravius sit imperatum aut animadversum qui, consolando eorum restituat voluntatem ac benevolentiam in dominum; Cato V 6 bubulcis obsequito partim, quo libentius boves curent; Xenoph. οἰκ. IX 12 dominus quaestus sui villicum participem et villicam omnium, quae tristia vel laeta facta sunt, sociam reddere debet.

Praemium obsequii omnibus servis proponitur libertas a Ps. Aristot. οἰκον. I 5. 1344^{b} 15 δίκαιον γὰρ καὶ συμφέρον τὴν ἐλευθερίαν (τοῖς δούλοις) κεῖσθαι ἆθλον.

Haec de pastorum a bucolicis poëtis Graecis et Latinis et rei rusticae scriptoribus depictorum condicione collegi.

Comparemus nunc inter se, quae ex poëtis quaeque ex scriptoribus didicimus. Quod ad pastorum genera attinet, a poëtis γηνοβοσκοί anserum pastores nusquam memorantur et subulci a Latinis tantum; apud scriptores sine ullo delectu omnis pecoris pastores memorari manifestum est. Utrique consentiunt bubulcum primum inter pastores locum tenere.

Quod Vergiliani pastores diversa pecoris genera simul pascunt iidemque agrorum possessores sunt, ad veritatem hoc modo non agunt; nam nihil simile a scriptoribus dicitur. Item poëtae fingunt pastores venantes vel apes colentes vel instrumenta texentes, quae tamen (sed non a pastoribus perfecta) a Varrone I 22, 1 et a Catone quoque 31 commemorantur.

De pastorum condicione publica docent scriptores eos servos fuisse, cum apud poëtas servos et mercennarios (et gregum dominos, qui pecus servis pascendum tradunt) inveniamus. Liberi pastores praeter Theocriti Cyclopem, qui Vergilio et Calpurnio exemplo erat, et Tityrum (V. I 27), qui modo libertatem accepit, expressis verbis a poëtis numquam memorantur; quae igitur poëtae tradunt, iis fidem addere debemus; nam inter mercennarios pastores quoque sunt (Varr. r. r. I 17, 2). Quod pastoribus ministros vel pueros vel servos auxilio additos esse poëtae dicunt, cum scriptoribus, qui idem memorant, consentiunt.

Quis pastorio munere fungitur? Apud poëtas et senes et iuvenes et pueri; apud scriptores aetate superiores ad maiores pecudes,

etiam pueri ad minores in fundo, cum in saltibus iuvenes iique fere armati pascant; senes rem pecuariam non faciunt, quod labores minus sustinere possunt.

Quid pastores possident? Apud poëtas capellam vel agnum ex grege, quem pascunt, pignus certaminis cantus vel victimam deis vel donum amatae puellae deponunt, id quod iustum est, cum pastores a scriptoribus descripti a dominis peculium accipiant, ut ex pecore peculiare aliquid habeant. Auxilio huius peculii labore et modestia aucti pastores libertatem sibi conciliare possunt.

De sexu pastorum poëtae docent mulieres non pascere, cum apud Varronem etiam puellae in fundis pascant et pastorum mulieres, de quibus poëtae nihil tradunt, greges sequantur ac cibaria pastoribus expediant et ad casas instrumentum servent. Poëtae haud scio an ea de causa cum scriptoribus discrepent, quod poëtae saepe pastores sententias cogitationesque agitare inducunt, quas mulieres pronuntiare a re alienum putant.

Collatis igitur, quae poëtae et scriptores de pastorum condicione tradunt rebus testimoniorum a poëtis datorum fidem demere haud facile licet.

Tractemus nunc v i t a m p a s t o r u m et primo g r e g e s e o r u m q u e c u r a m, deinde ipsam pastorum vitam i. e. domicilium, vestimentum, victum intueamur.

Universe grex Graece dicitur ἀγέλα Th. III 43 (vaccarum). V 142 (capellarum). VI 2 (boum). ταύρειαι ἀγέλαι [Th.] XXVII 70; ἀγέλα Long. I 8. 10. 13 ter. 17. 20. 21. 27 bis. 28. II 2. 3. 8. 9. 10. 11. 20. 22. 27 bis. 30. 31. 35. 37. 38. III 2. 3. 4. 12 bis. 29 bis. 34. IV 4; Latine grex V. I 15. II 30. III 32. V 33. VI 2. 7 (hoc loco greges a capellis distinguuntur). 55. VII 36. X 36. Calp. III 2. 36. 45. 94. IV 25. V 7. 24. 51. 57. 62. 69. 112. Nem. I 7. 87. II 72. Tib. I 1, 34. I 5. 28. aut pecus V. I 50. 74. II 20. III 1. 3. 6. 20. 34. 83. 101. V 44. 60. VII 47. VIII 15. X 17. Calp. I 38. IV 106. Tib. I 1, 33. I 2, 72 aut pecudes V. II 8. VI 49. Calp. II 10. IV 44. V 103 aut pecuaria Calp. VII 17.

B u b u l u s g r e x (Varro r. r. II 5, 2 bubulum pecus) Graece τὸ βουκόλιον [Th.] VIII 39, Latine armentum V. II 23. IV 22. VI 45. 59 aut pecus V. III 101. V 44 appellatur.

Serv. ad V. ecl. VI 45 annotat: notandum autem gregem eum

de bubus dixisse, cum proprie armenta dicamus, licet grex sit quorumlibet animalium congregatio.

Bubuli pecoris scilicet maxima pars sunt boves feminae, quae Graece βοῦς appellantur Th. I 74. 120. IV 1. 26. [VIII] 48. 77. 80. [IX] 3. 7. [XXVII] 61 (ἁ βοῦς). Mosch. VI 6 Long. I 16. 20. 27. 28. 29. 30. 31. II 7. III 3. 29. IV 18; Latine aut boves f. V. I 9. 45. Nem. II 71. Tib. I 1, 30. I 2, 71. II 3, 20. aut vaccae V. VI 60. IX 31. Calp. I 4. Nem. I 6. II 29. IV 34. Tib. II 3, 14. II 5, 25.

Quibus adsunt tauri, qui Graece ταῦροι Th. I 74. 121. IV 20. 35. [IX] 3. Mosch. VI 3. Long. II 7. Latine tauri V. I 45. III 86. 100. IV 41. V 33. VII 39. Calp. II 18. III 2. 16. 64. IV 60. VII 3. 60. Nem. I 34. II 90. Tib. II 5, 55 aut boves m. V. V 24. VI 58 nominantur.

Genere haud clare denotato boves [Th.] VIII 6 μυκτᾶν ἐπίουρε βοῶν memorantur.

Gregis fetura V. VII 36. Calp. II 47. V 38 sive fetus V. I 21. III 30. Tib. I 1. 31, Graece τὰ νέα [Th.] VIII 42 in duas partes divisa est, pulli et anniculi.

Varro r. r. II 5, 6 dicit in bubulo genere aetatis gradus quattuor, prima vitulorum, secunda iuvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum; discernuntur in prima vitulus et vitula, in secunda iuvencus et iuvenca, in tertia et quarta taurus et vacca; quae sterilis est vacca, taura appellata; quae praegnans, horda.

Pullorum bubulorum mentio fit Th. [VIII] 14. 77. 80. [IX] 3. 7. XI 21 μόσχος, Long. I 15. 18. 19. II 4. Eurip. Cycl. 389; Th. IV 4. 44 μοσχίον; Th. I 75. 121. IV 15. 52. VI 45. [VIII] 76. [XX] 32. [XXVII] 61 πόρτις; Latine vitula V. III 29. 48. 77. 85. 109. Tib. I 1, 21 (vitula autem a Vergilio significata vacca esse videtur; nam 30 bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus); vitulus Calp. VII 66. Nem. II 32. IV 33. Tib. II 3, 17.

Pecudes secundae aetatis mares iuvenci V. II 66. VI 46. VII 11. 44. VIII 85. Tib. I 1, 21, feminae Graece δαμάλαι Th. I 75. IV 12. [VIII] 36. 72. [IX] 10, nondum feta στεῖρα [Th.] IX 3; τὼ βοϊδίω Ael. ep. 2; Latine iuvencae V. VIII 2. Calp. III 1. 98. Nem. II 9. 35. IV 26 aut buculae V. VIII 86. Calp. III 66 nominantur.

Quod veteres pastores pecoribus suis nomina indebant, boum nomina apud Theocritum duo invenimus: vituli nomen Λέπαργος Th. IV 45 (ex cano pellis colore tractum) et vaccae ἁ Κιμαίθα IV 46; nota etiam tauri nomen Φαέθων Th. XXV 139 ab albo et candente colore; ev. Joannis X 3; qua de re scripserunt F. Jeschonnek de

nominibus, quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt, diss. Regimont. 1885; Kretschmer griech. Vaseninschrift. p. 209.

Bubulum pecus a scriptoribus rei rusticae in numero maioris pecoris habetur Col. VI praef. Varro II 1, 12, in quo sunt boves, asini, equi, in minore oves, caprae, sues; Varro praecepta dat II 5, 6 sqq. de emptione, pastione, fetura boum; Col. VII 9, 1 expressis verbis suadet, ut species maris bovis maxima cum diligentia eligatur.

Ovium grex (Varro II 2, 18) Graece ἁ ποίμνα Th. V 72. VI 28. X 4. Eur. Cycl. 26. 37. 83; ποίμνη Long. I 6. 12. IV 32. Alciphr. II 15, 2 aut τὸ ποίμνιον Th. V 75. VI 6. 21. Long. I 2. 7. 8. 9. 10 bis. 11 bis. 16. 23. 25. 28. II 2 bis. 27. 28. 35. III 13. 34. IV 35; ovium pecudes μᾶλα Th. I 109. III 46. IV 10. [VIII] 2. 16. 56, μῆλα Eur. Cycl. 28. 162, βοτά Th. XI 34, πρόβατα Alciphr. II 39, 1. Long. I 8. 10. 12. 13. 14. 20. 21. 28 bis. 32. II 1. 2. 7. 20. 21. 22 bis. 23 bis. 27. 28. 29 bis. 30. 38. 39. III 3. 26. 29. IV 27, Latine pecus V. II 20. III 1. 6. 34. Nem. IV 39 nominatur.

Gregis ovilli maxima pars sunt oves, Graece οἷς Th. I 11. V 99. 130. VI 10. [VIII] 9. 45. 67. [IX] 17. X 4. XI 12. 24. Ael. ep. 2. Long. I 5 bis. 6 bis. 22. 23. 26. III 14 bis. 29. IV 4. 12. 30. 36, Latine ovis V. I 21. II 33. 42. III 3. 5. 94. 98. VI 4. 85. VII 3. VIII 52. X 16. 18. 68. Calp. II 13. 37. IV 168. V 29. 40. 73. 84. VII 34. Nem. III 67. Tib. I 3, 46. I 10, 10. 41. II 1, 62. 3, 42. 4, 28; deminutivum οἰΐς Th. I 9.

Nominatim memorantur matres, Graece τοκάδες [Th.] VIII 63, Latine graves fetae V. I 49; Tarentinae matres Calp. II 69. IV 104. V 36 (de earum praestantia v. Plin. n. h. VIII 47. Col. VII 2);

Ovium vir Graece κριός Th. V 82. Long. II 26. III 10. 13. 14 bis. 17. IV 12 bis, Latine aries V. III 95. IV 43 aut ovis maritus Calp. II 37. Col. VII 6, 4 dicitur;

pulli τόκος μήλων Eur. Cycl. 162 aut τροφαὶ μηκάδων ἀρνῶν 189 nominantur.

Fetus Graece dicuntur ἄρνες Th. I 10. 11. V 57. [VIII] 63. XI 20. 74. Eur. Cycl. 224. 234. 256. Long. I 9 bis. 14. III 13. 16 aut ἀμνοί (masc. Th. V 24, fem. Th. V 144. 149; dubium [VIII] 14), deminutivum ἀμνίς Th. V 3. 139. [VIII] 35; Latine agnus V. I 8. III 6. 103. IV 45. VII 15. Calp. II 62. IV 102. V 37. Tib. I 10, 41, agna V. II 21. Calp. II 37. 63. 68. V 15. 48. Tib. I 1, 22. 23. 31. II 1, 20.

Duae aetates feturae ovium non expresse distinguuntur; sed nonnumquam secundae aetatis pecudes nominantur, [Th.] VIII 14

ἰσομάτορα ἀμνόν; [VIII] 63 φείδευ τᾶν στερίφων (cfr. στεῖρα [Th.] IX 3); V. VII 15 depulsi a lacte agni; Tib. II 5, 38 candidus agnus niveae ovis.

Ovium nomina invenimus tria: arietis ὁ Κώναρος Th. V 102, quippe qui conis, rotundis cornibus instructus sit; arietis ὁ Φάλαρος Th. V 103, qui canam pellem habet; ovis ἁ Κιναίθα Th. V 102; arietum nomina ex corporis proprietatibus desumpta esse videmus sive cornuum sive pellis.

Aliae proprietates in carminibus exstant hae:

coloris — lividus et fuscus color Th. V 99 ὀππόκα πεξῶ τὰν οἶν τὰν πέλλαν; niger et albus color Calp. II 37;

pellis — ποιμὴν εἰροπόκων ὀΐων [Th.] VIII 9;

V. IV 43 ipse sed in pratis aries iam suave rubenti | murice, iam croceo mutabit vellera luto | ; sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos; (hae sunt imagines fictae);

corporis — Th. V 24 καὶ τὺ τὸν εὔβοτον ἀμνὸν ὅρισδε; V. I 21 teneros ovium fetus depellere;

vocis — Calp. II 68 mille balantes agnas pascimus.

Caprinus grex (Varro r. r. II 3, 1) dicitur τὸ αἰπόλιον Alciphr. ep. II 9, 2. Long. I 7. II 35. 39 bis. IV 13. 16.

Cuius maxima pars sunt capellae, quae Graece αἶγες Th. I 4. 5. 14. 25. 57. 143. III 1. 3. 34. IV 39. V 1. 12. 27. 73. 84. 89. 128. 145. 148. VII 87. 97. [VIII] 45. 49. 86. X 30. Alciphr. II 9, 2. 18, 2. 21, 1. 2. Aelian. ep. 9. Long. I 2 ter. 3 quater. 8 bis. 10 bis. 11. 12. 14. 16 ter. 17. 20. 21. 22. 23. 28 bis. 32 bis. II 1. 7 bis. 13. 14. 15 bis. 16 ter. 17. 20 bis. 21. 22 bis. 23. 24. 26. 27 bis. 28. 29 ter. 30. 34. 35. 38. 39 ter. III 3 bis. 10. 12. 13 bis. 14 bis. 15. 18. 24. 27. 29 ter. 32. IV 6 bis. 7. 12 quater. 13. 14 bis. 15 16. 17 ter. 19. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 33. 36. 38. 39 sive τὰ αἰγίδια Alciphr. II 13. 1. Ael. ep. 18. sive μηκάδες Th. I 87. V 100, Latine nominantur capellae V. I 12. 74. 77. II 63. 64. III 96. IV 21. VII 3. VIII 33. IX 23. X 7. 30. 77. Calp. V 5. 14. 29. Tib. I 1, 31.

Capellarum viri appellantur Graece τράγοι Th. I 4. 88. 152. V 30. 42. VII 15. [VIII] 49. Ael. ep. 10. Long. I 12. 15. 16. 25. II 2. 7. 24. 26. 31. 33. 34. III 13. 14. 17. 29. 33. IV 12. 14. 19. 26. Long. II 31 (τῶν τράγων ὁ ἀγελάρχης). Eurip. Cycl. 41 (τράγοι γενναίων πατέρων γενναίων τ' ἐκ τοκάδων), Latine caper V. III 17. 22. 23. VII 7. 9. IX 25. Calp. II 67. IV 166. Einsidl. I 7 aut hircus V. III 8. 91. Calp. V 23. Einsidl. II 19 (sacer hircus). Tib. II 1, 58 (hircus, dux gregis).

In geopon. XVIII 1 legitur ἱκανὸς εἷς κριὸς πεντήκοντα τοκάδας ἐγκύους ποιεῖν et apud Varronem II 3, 10 de maribus et feminis idem fere discrimen, ut alii ad denas capras singulos parent hircos, alii etiam ad quindecim, nonnulli ad viginti.

Alia praeter capellas et capros nomina sunt haec ὦ τράγε, τᾶν λευκὰν αἰγῶν ἄνερ [Th.] VIII 49; ipse caper, vir gregis V. VII 7; hircus, dux gregis Tib. II 1. 58; τῶν τράγων ὁ ἀγελάρχης Long. II 31; capellae, uxores olentis mariti Hor. c. I 17, 7 (nota universi pecoris maritus V. georg. III 125; gregum mariti Col. VII 6, 4); ὁ ἐνόρχας, ὁ Λιβυκὸς κνάκων Th. III 4; ἐνόρχης Ael. ep. 10.

Caprini pecoris fetura aperte in duas aetates divisa est, anniculi et pulli. Anniculi mares ὁ χίμαρος Th. V 81; τραγίσκος Th. V 141; haedus V. III 82. Nem. I 6; anniculae feminae ἡ χίμαρος Th. I 6. 151. V 41. 56 [IX] 17 appellantur;

pulli aut ἔριφος masc. Th. I 26. V 21. 24. 30. [VIII] 83. Alciphr. ep. II 6 Long. I 2. 16. 18. 21. II 4. 8. 20. 32. III 16. 18. 33. IV 6. 10. 14 aut ἔριφος fem. [Th.] VIII 27. 50; Latine haedus V. I 22. II 30. III 34. V 12. VII 9. IX 6. 62. Calp. III 63. VI 3. VII 10. 14.

Capellarum fecunditas saepe praedicatur αἰξ διδυματόκος Th. I 25. III 34. V 84. [VIII] 45; gemelli, spes gregis V. I 14.

Capellae nomen Κισσαίθα Th. I 151 (ab albo ut hederae colore ductum) nominatur; Χιόνη Alciphr. II 18; Long. IV 26 τὰς αἶγας προσεῖπε καὶ τοὺς τράγους ἐκάλεσεν ὀνομαστί, et Long. IV 38 ὁ Δάφνις καὶ ἐκάλεσέ τινας (τῶν αἰγῶν) ὀνομαστί;

aliae proprietates sunt hae:

color albus capri Th. V 147 Λευκίτας et capellarum Th. III 34. [VIII] 49 λευκαὶ αἶγες; color fulvus capri Th. III 5. VII 16 κνάκων; nota Varr. r. r. II 3, 2 hircus molliore et potissimum pilo albo ac cervice et collo brevi, gurgulione longiore sit;

pellis — Th. VII 15 κνακὸν δέρμα ἐκ λασίοιο δασύτριχος τράγοιο;

cornua — Th. I 4 κεραὸς τράγος; [VIII] 86 τὰν μιτύλαν (i. e. ἀκέρως) δωσῶ αἶγα; Eurip. Cycl. 52 ὦ ὕπαγ' ὦ κεράστα; V. IX 25 caveto occursare capro, cornu ferit ille;

alia [Th.] VIII 50 ἔριφοι σιμαί; V. X 7 capellae simae; Th. V 145 αἶγες κερούτιδες; V. II 64 capellae lascivae; ipse Varro r. r. II 3, 9 capras lascivas nominat; capellas ad rupes ascendere solere commemorat Long. I 10 (ἀπὸ κρημνῶν ἀπελαύνειν) I 22. II 13. 16. 28. Hom. Od. IX 155 αἶγας ὀρεσκῴους.

Capellarum lactis abundantia laudatur Th. I 25 αἶγα διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι, ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας;

[Th.] VIII 87 αἴγα, ἅτις ὑπὲρ κεφαλᾶς αἰεὶ τὸν ἀμολγέα πληροῖ; V. VII 3 capellae lacte distentae; Varr. r. r. II 3, 2 capellae ubere sint grandiore, ut et lac multum et pingue habeant pro portione.

Quod Theocritus V 26 capellarum pilos parvi aestimat, contra Plin. n. h. VIII 76. Liv. XXXVIII 7. Colum. VII 6, 2. geopon. XVIII 9. Long. III 3. Verg. georg. III 312. Varr. r. r. II 11, 12 referunt capram e pilis ministrare ad usum nauticum et ad bellica tormenta et fabrilia vasa; neque non quaedam nationes harum pellibus sunt vestitae, ut in Gaetulia et in Sardinia; cuius usum apud antiquos quoque Graecos fuisse apparet, quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur diphtheriae et in comoediis, qui in rustico opere morantur: (pelliti patres Prop. IV 1, 12); tondentur, quod magnis villis sunt, in magna parte Phrygiae; unde cilicia et cetera eius generis solent fieri;

de damnis a capellis illatis loquitur Varro r. r. I 2, 18. II 3, 7 capras culturae et sationis esse inimicas studioseque de agrestibus fruticibus pasci.

Praeter haec pecoris genera apud poëtas bucolicos nullius pastio dicitur; de suillo pecore nihil comperimus.

Nunc contemplemur c u r a m a t q u e c u l t u m g r e g u m.

Greges a pastoribus in p a s c u a ducuntur, quae vocatur βοτάνη Th. [VIII] 37. 44. XI 12 et νομός [Th.] VIII 41. νομή Long. I 12. 20. 21. IV 12; pascuum V. I 48. Calp. V 54. Nem. II 52. 71. Theocritea pascua naturalia sunt, Vergiliana manu arteque hominum emendata atque irrigata V. III 111.

De temporibus pascendi agit V. VIII 14 sq. georg. III 324 sq. Colum. VII 3, 23; Varr. r. r. II 2, 10; Calp. II 17. V 52; geop. XVIII 2, de pascuis caprini pecoris Col. VII 6, 1. Varr. r. r. II 1, 16. 4, 20. 3, 6 (montuosa loca et silvestres saltus, ubi de virgultis carpunt);

de ovilli pecoris Col. VII 2, 3. Varro II 2, 11 (umbriferae rupes et patulae arbores, sub quibus herba oves delectantur);

de suilli pecoris Varro II 4, 5 (loca uliginosa, quod sus non solum aquam, sed etiam lutum amat);

de pascuis armentorum Varro II 5, 11, quae commodissime pascuntur in nemoribus, ubi virgulta et frons multa; hieme cum hibernant secundum mare, aestu abiguntur in montes frondosos);

universe Varro II 1, 16 neque eadem loca aestiva et hiberna idonea omnibus ad pascendum; eligitur vero locus et gregibus et pastoribus quam commodissimus Varro II 1, 16.

Inopia propriorum pascuorum haud raro necesse est greges ad satis remotas regiones mitti. Nota Varr. II 1, 16 greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium aestivatum atque ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint lege censoria committant; Hom. Odyss. XIV 100 Odysseo sunt δώδεκ' ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι; Paus. IV 4, 5 Πολυχάρης Μεσσήνιος οὐ κέκτητο ἰδίαν γῆν ὡς νομὰς ταῖς βουσὶν ἱκανὰς εἶναι Σπαρτιάτῃ σφὰς δίδωσιν Εὐαίφνῳ βόσκεσθαι. Quid? quod civitates ipsas nonnumquam foedera inter se inire legimus ea lege, ut civibus alterius ius concedatur in alterius finibus pascendi; quod foedus ἐπινομία dicitur scriptura, quod ἔννομον nominatur, soluta; Xenoph. Cyrup. III 2, 23 συνετίθεντο ἐπιγαμίας εἶναι καὶ ἐπινομίας.

Priusquam autem, qualia sint pascua, disseramus, regiones tractemus, in quibus pastores eorumque greges versantur.

Pastores Theocriti partim in Sicilia pascunt Th. I 125. [VIII] 56 νᾶσος ἁ Σικελά; Th. I 65. 69. [IX] 15. XI 47 Αἴτνα; Th. I 69 Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ; Th. I 117 Ἀρέθοισα; Th. I 68 μέγαν ῥόον ποταμοῖο Ἀνάπω, Th. VII 151 ποτ' Ἀνάπῳ; Th. I 117 καλὸν κατὰ Θυμβρίδος ὕδωρ; Th. V 124. VII 78 Ἱμέρα; partim in Italia inferiore Th. IV 17 Αἴσαρος; Th. IV 23 Φύσκος; Th. IV 24 Ναύαιθος; Th. V 16. 124 Κρᾶθις; Th. V 123 Ἅλεις; Th. V 126 Σύβαρις; Th. V 73 Εὐμάρας ὁ Συβαρίτης; Th. V 72 Σιβύρτας ὁ Θούριος; partim in insula Coo Th. I (Wilamowitz). VII 1 Ἅλεις, qui est δῆμος τῆς Κῶ (cfr. Paton-Hicks inscript. of Cos 212).

Vergiliani pastores in Gallia Cisalpina versari expressis verbis nusquam dicuntur, sed ex verborum contextu colligi potest: V. I. VII. VIII res apud Mantuam agitur; V. II in Sicilia (II 21 Siculis in montibus); V. IX 28 ad Cremonam; V. X in Arcadia.

Locorum, quibus pastores vivunt, natura haec est:

regiones montuosas habitant ὄρος, ὄρη, ὄρεα, ὤρεα Th. I 77. 115 (de bubulco). 123. III 2 (de caprario). 46 (de opilione). IV 35 (de bubulco). 56 (de caprario). 57. VII 51. 74 (de bubulco). 87 (de caprario). 92. [VIII] 2 (de opilione). XI 27. Long. I 9. ὄρη θηροτρόφα Long. I 1; montes V. I 83. II 21 (de bubulco). V 8. (de caprario). 28. 63. 76. VI 40. 52. 65. 71. VII 56 (de caprario). VIII 59 (de bubulco). X 31. Calp. II 17 (de opilione). IV 88. 127. V 7. VII 32. Nem. IV 29. Tib. I 2, 72.

Videmus igitur inter diversa pastorum genera nullum esse de pascuis discrimen;

πέτραι Th. I 8. [VIII] 55. [IX] 16 (de bubulco). 26. XI 17;

colles V. IX 7. 49. VII 58. Tib. IV 1, 186; saltus V. VI 56. X 8. 57; iuga Calp. IV 136; rupes V. I 56. 76. (de caprario). V 63. X 14. 58; silex V. I 15; nudus lapis V. I 47; saxa V. X 15;

in montibus autem pastores valles magis et planities obsedisse natura rei fert ἄγκεα [Th.] VIII 33; βαθύσκιον Th. IV 19; βάθος [Th.] VIII 49; vallis V. II 40. V 84. VI 84. Calp. III 2. IV 105. VII 30. Nem. II 4. III 66. IV 8;

praesertim cum flumina et fontes saepissime memorentur, ubi exstant pecori salices aliaeque herbae et potus (VIII. 96. V 25 (pastos boves ad frigida flumina agere). VII 11 (iuvenci potum venient). IX 24 (pastas capellas potum agere). georg. III 126. 329 sq. Calp. V 57 (ad fontem compelle greges). Nem. I 87 (flumineos gregibus praebere liquores; Th. I 121 Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων): III 3. 4. (τὰς αἶγας ποτὶ τὰν κράναν ἄγε). [VIII] 49 (ὦ σιμαὶ δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι); nota etiam Long. I 8. 20. II 7. IV 25 (ἄγειν ἐπὶ ποτόν). IV 4 (ἡγεῖσθαι ἐπὶ ποτόν); Varr. r. r. II 2, 10 sqq. oves ibi, ubi pascuntur in eadem regione, tamen temporibus distinguuntur; aestate, quod cum prima luce exeunt pastum, propterea quod tunc herba ruscida meridianam, quae est aridior, iucunditate praestat; sole orto potum propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores faciant; ab occasu parvo intervallo interposito ad bibendum appellunt et rursus pascunt, quod contenebravit;

reliquae pastiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exalata propellunt in pabulum et pascunt diem totum ac meridiano tempore semel agere potum satis habent)

dico flumina et fontes, ubi pastoribus ipsis vimina et iunci ad fiscellas texendas et ubi gratissima pastoribus occasio offertur vultus pulchritudinem in undis mirandi (Th. VI 34. V. II 25. Nem. II 74): ποταμός Th. I 68. 118. VII 75. 112. [VIII] 33; ὕδωρ Th. I 7. 69. 118. V 33. VII 136. [VIII] 50. XI 47; vide etiam flumina, quae supra nominatim recensui: πηγαί Th. I 2. V 126. Mosch. III 12. Long. I 20. 21. κρᾶναι Th. I 83. 150. III 4. V 3. 47. VI 3. [VIII] 37. πίδακες Th. VII 142; flumina V. I 51. III 96. V 21. 25. 84. VI 64. VII 52. 56. 66. VIII 4. IX 40. X 18. Calp. IV 168. Nem. I 87; amnis Calp. IV 4. VI 61. Nem. I 28; fontes V. I 39. 51. III 97. V 40. VI 43. VII 45. X 42. Calp. II 5. IV 134. V 57. Nem. II 74. IV 10. 47; rivus V. III 111. V 47. VIII 87. 101. Calp. VI 64; fluvius V. V 76; Mincius V. VII 12.

Nonnulli pastores ad maris litus habitant, praecipue Πολύφαμος Th. VI 11. 14. 27. 35. XI. 18. 43; ὁ κωμάσδων Th. III 25; Μενάλ-

κας [Th.] VIII 56; Πὰν ἄκτιος Th. V 14; Corydon V. II 26 (cum placidum ventis staret mare).

Regiones iam descriptae silvis, prope quas est multitudo frondis quaeque torrida aestate et pecori et pastoribus gratam umbram praebent, aut multis saltem arboribus sparsis coniunguntur ὕλα Th. I 116. [VIII] 49. Mosch. III 7. δρυμός Th. I 117. III 16. Long. I 9. I 2 (δρυμὸς ἦν καὶ λόχμη βάτων καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος καὶ πόα μαλθακή); ἄλσος Th. I 83. 117. V 32. VII 8. Bio XII 1; silvae (semper plurali numero) V. I 5. II 5. 31. 60. 62. III 43. 46. 57. IV 3. V 28. 43. 58. VI 2. 65. 68. 39. VIII 56. 58. 97. X 8. 30. 52. 63. Calp. IV 38. 96. 161. V 44. 51. 56. VI 77. VII 2. 8. 17. 31. 59. Nem. I 74. 84. II 20. 66. 68. 84. 89. IV 6. 12. 29. 42; dumeta Calp. V 5. IV 46; lucus V. VI 76. VIII 86. X 58 Calp. V 62; nemora V. VI 11. 52. 72. VII 59. VIII 22. 86. X 8. 43. Calp. I 8. 36. II 54. V 56. 98. 109. Einsidl. I 3. Nem. I 33. II 56. IV 39; arbustum V. I 39. II 13. III 10. IV 2. V 63. Nem. I 74.

Pastoralium regionum insignia sunt silvae et montes, quare ipse Vergilius I 2 Musam silvestrem pro carminis bucolici Musa nominat et V 8 montibus in nostris pro regione in nostra. Inde sequitur, ut res bucolicae omnes eo tempore agantur, quo pastores pecus ad aestivum pascuum producunt, id quod inferius etiam videbimus.

Arbores aut in silvis densae aut complures coniunctae aut segregatae hae memorantur: δένδρα Th. V 47. [VIII] 57. Mosch. III 6; arbores V. I 37. III 56. 70. 81. V 32. VII 54. X 53. Calp. I 34. II 33. 40. 54. 95. III 89. Nem. I 67. IV 29. 71; πίτυς Th. I 1. 134. III 38. V 49. Mosch. III 8. Alciphr. II 9, 1. pinus V. I 38. IV 38. VII 24. 65. 68. VIII 22. X 14. Calp. I 9. IV 16. Nem. I 30. 73. II 87; πεύκη Th. VII 88; abies V. III 66; κυπάρισσος Th. V 104. XI 45; cupressus V. I 25. Nem. II 86; δρῦς Th. I 23. 106. V 45. 61. 102. 117. VII 74. 88. [VIII] 46. 79. XI 51. πρῖνος Th. V 95; quercus V. I 17. IV 30. VI 13. 28. VIII 52. 85. Calp. IV 67. ilex V. VI 45. VII 1. IX 15. Calp. II 12. III 27. 88. V 2. VI 60. Nem. III 2. aesculus Calp. V 59; ἐλαία Th. IV 44. κότινος Th. V 32. 100. ἀγριέλαιον Th. VII 18. oliva V. V 16. VIII 16. Calp. III 48. Nem. I 78; αἴγειρος Th. VII 8. 136. populus V. VII 61. 66. IX 41. Nem. IV 1. 23; πτελέα Th. I 21. VII 8. 136. ulmus V. I 58. II 70. V 3. X 67. Calp. II 5. 59. III 14. Nem. I 31. IV 8. 47. III 3. Einsidl. II 13. 19; κόμαρος Th. V 129. [IX] 11. arbutus V. III 82. VII 46. Calp. VII 72. myrtus V. III 54. VII 6. 62. 64. Nem. II 46. 49. ornus V. VI 71; σχῖνος Th. V 129. fagus

V. I 1. II 3. III 12. V 13. IX 9. Calp. I 11. 20. IV 35. VII 5. Nem. I 31. IV 9; δάφνη Th. XI 45. laurus V. II 54. III 63. VI 83. VII 62. 64. VIII 13. 82. Nem. I 65. II 46. 49. IV 65; fraxinus V. VII 65. 68; alnus V. VI 63. VIII 53. X 74; πλάτανος Mosch. III 11. platanus Calp. IV 2. Nem. I 72. II 18; πυξός Bio XII 3. buxus Nem. II 41; rosetum V. V 17; salictum V. I 54. Calp. III 68. V 110; salix V. I 78. III 65. 83. V 16. X 40. Calp. II 44. III 14. 19. Nem. I 6. Apud poëtas Latinos solum invenimus myrtum, ornum, fraxinum, alnum, rosetum, salictum; id quod terrae naturae respondet; cfr. V. Hehn Kulturpf. und Haust.

Frutices hi memorantur:

ἄμπελος Th. I 46. V 109. XI 46. vitis V. II 70. V 32. III 10. 38. VII 58 (pampineae umbrae). 61. I 73. IX 42. X 40. Calp. III 72. Nem. I 66. II 51. III 15. 19. 41. 64. IV 48; palmes V. VII 48. Nem. III 19. vinea V. IV 40; βάτος Th. I 132. VII 140; κάκτος Th. X 4; ἀσπάλαθος Th. IV 57; ἄκανθα Th. I 132. IV 50. VI 15. VII 140. spineta V. II 9. sentes V. IV 29. rubus V. III 89; ἄρκευθος Th. I 133. V 96. iuniperus V. VII 53. X 76; paliurus V. V 39; amomus V. III 89. IV 25; casia V. II 49; ebulus V. X 27; ferula V. X 25; corylus V. I 14. V 3. 21. VII 63. 64. Nem. II 87; viburnum V. I 25. Nem. II 86; de corylo, qui apud poëtas Latinos solum exsistit, v. Hehn l. l. p. 398.

Herbae et flores hi nominantur:

ruscus V. VII 42; ulva V. VIII 87; vaccinia V. II 18. 50. X 39; serpullum V. II 11; thymus V. VII 37; baccare V. IV 19. VII 27; saliunca V. V 17; μυρίκη Th. I 13. V 101. myrica V. IV 2. VI 11. VIII 54. X 13. acanthus V. III 45. IV 20. Nem. II 5. ἄκανθος Th. I 55; κισσός Th. I 29. III 14. 22. XI 46. hedera V. III 39. IV 19. VII 38. VIII 13. Calp. V 110. Nem. III 18; σχοῖνος Th. I 53. VII 132. iuncus V. I 48. II 72. Calp. V 67. Nem. I 1. II 33; ἄνθεα Th. VII 81. [IX] 35. Mosch. V 3. flores V. III 92. 106. IV 23. VI 68. IX 40. Calp. II 20. 86; caltha V. II 50; carecta V. III 20; carduus V. V 39; colocasia V. IV 20; ἄνητος Th. VII 63. anethum V. II 48; ἴον Th. I 132. X 28. viola V. II 47. V 38. X 39. Nem. II 41; κρίνα Th. XI 56. lilia V. II 45. X 25. Calp. II 58. III 51. 53. 78. VI 33. Nem. II 24. 44. 47. IV 22; μάκων Th. VII 157. XI 57. papaver V. II 47; νάρκισσος Th. I 133. narcissus V. II 48. V 38. VIII 53; ῥόδον Th. V 93. 131. VII 63. X 34. XI 10. rosa Calp. VI 43. IV 22; ὑάκινθος Th. X 28. XI 26. hyacinthus V. III 63. VI 53. Nemes. II 45. 48.

Arboribus floribusque ubique in silvis et per prata sparsis regionibus, quas pastores incolunt, talis amoenitas est, qualem Theocritus I 1. 2. VII 135 sqq. et Longus past. I 9. 23 describunt.

Postquam situm pascuorum supra vidimus, addendum est greges et in campis Calp. V 8. 29. 58 vel pratis V. III 111. VII 11. Calp. III 15. V 15 et in silvis Calp. V 44. 51. VII 17 pasci.

Praeterea, ut iam supra commemoravimus, nonnumquam γεωλόφοι Th. I 13. V 101. γήλοφοι Long. I 1. λόφοι Th. IV 46, colles, saxa, rupes, luci, antra multaque alia nominantur.

Pabula quoque in pascuis provenientia leguntur ποία Th. VI 44. [VIII] 68. Eur. Cycl. 333; φυτὸν [Th.] VIII 37; Long. I 21 φυλλάδα χλωρὰν κόπτοντα τροφὴν μετὰ τὴν νομήν (τοῖς ἐρίφοις); Long. III 3 βοῶν ἐπὶ φάτναις φροντὶς ἦν ἄχυρον ἐσθιόντων, αἰγῶν καὶ προβάτων ἐν τοῖς σηκοῖς φυλλάδας, ὑῶν ἐν τοῖς συφειοῖς ἄκυλον καὶ βαλάνους; Long. III 38 αἰξὶν ἔδωκε φυλλάδα χλωράν; II 20. 24 φυλλάδα χλωρὰν ἔκοπτεν, ὡς ἔχοι τοῦ χειμῶνος παρέχειν τοῖς ἐρίφοις νομήν; gramina V. V 26. X 29. Calp. II 46. V 8. Nem. I 6. II 29 (vaccis). I 34 (tauris); herba V. V 26 (bubus). VI 54. Calp. III 17 (tauris). V 43. 57; κωμάροι καὶ ἀνθέρικος Alciphr. II 9, 2. (capellis); κνύζα Th. IV 25 (capellis); κίσθος Th. V 131 (agnis); κύτισος Th. V 128. X 30 (capellis). cytisus V. I 78 (capellis). II 64 (capellis). IX 31 (vaccis). X 30 (capellis); αἰγίπυρος Th. IV 25. (capellis); αἴγιλος Th. V 128 (capellis); μελίτεια Th. IV 25 (capellis). V 130 (agnis); hibiscus V. II 30 (haedis); genista hirsuta Calp. I 5 (vaccis); ervum V. III 100 (tauris).

Frutices hi et arbores pro pabulo sunt. φύλλον [Th.] IX 4 (vaccis); θάλλος Th. XI 73 (agnis); frons V. X 30 (capellis). Calp. II 45. V 98. 109; germen Calp. V 6. 19; κόμαρος [Th.] IX 11 (vaccis); arbutus V. III 82 (haedis); ἐλαία Th. IV 44 (vitulis); oleastrum et salices Calp. II 44 (novis gregibus); corylus V. I 14 (capellis); salix V. I 78. III 83 (capellis). Nem. I 6;

gratissimas vaccarum herbas memorat Th. IV 25 (αἰγίπυρος καὶ κνύζα καὶ εὐώδης μελίτεια), capellarum Th. V 128 (κύτισος καὶ αἴγιλος καὶ σχῖνος καὶ κόμαροι). X 30. V. I 78. Calp. V 5 sqq. 14 sqq. 29. II 44. Nem. I 6; inprimis capellae, quae culturae inimicae sunt Varro r. r. I 2, 18, ligurrientes nova arborum germina abrodunt et subolem succrescentem hoc modo semper praecidunt; hanc ob causam et propterea quod in Graecia pastores antiquissimis temporibus et recentibus incendio et caesura silvas collucare non dubitant, impeditur, ne ibi fructuosa silva proveniat, id quod ipsi veteres querun-

tur Plato Critias 111 B.C. Macrob. Sat. VII 5, 8, ut arbores subsererent. Macrob. sat. VII 5, 8: Eupolis in fabula, quae inscribitur Αἶγες, inducit capras de cibi sui copia in haec se verba iactantes:

βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης, πρίνου, κομάρου τε,
πτόρθους ἁπαλοὺς ἀποτρώγουσαι καὶ πρὸς τούτοις τιθύμαλλον,
κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη καὶ σμίλακα τὴν πολύφυλλον,
κότινος σχῖνον μελίαν πεύκην, ἁλίαν δρῦν, κιττὸν ἐρίκην
πρόμαλον ῥάμνον φλόμον ἀνθερικὸν κισθὸν φηγὸν θύμα θύμβραν.

Consideremus nunc, quae pabula scriptores rei rusticae commendant: ovibus Cato 30 frondem viridem; Cato V 8. VI 3. XXX frondem populneam, ulmeam, querneam, ficulneam;

bubus Cato V 8. Varro I 15. I 24, 3 frons populnea, ulmea, quernea, ficulnea; Cato 27 ocinum, vicia, faenum graecum, faba, ervum; Cato 53. 54 ocinum; Cato 60 lupinus, glans, faenum, ocinum, faba, vicia; omni pecoris generi Varro I 23, 1. 31, 5 ocimum, farrago, vicia, medica, cytisus, lupinus; hiemale pabulum Cato 25 vinacei restes;

Cato 30 aridum pabulum; Colum. VI 3, 5. VII 65 glans, granum, arida et viridis frons, faenum; Cato 54, 1 glandes in aquam coniectae; ovibus Varr. II 2, 12 caducae messis spicae; ovibus pellitis folia ficulnea, palea, vinacea, furfures (II 2, 19);

capellis Varr. II 3, 7 studiose de agrestibus fruticibus pascuntur atque in locis cultis virgulta carpunt;

de stramento loquitur Cato V 7. VI 3. XXXVII 2. Verg. georg. III 297 frons ovibus bubusque; Varro II 2, 8 ovibus subicere oportet virgulta, quo mollius requiescant purioresque sint; II 3, 6 capellis oportet substerni virgultis, ne oblinantur; II 5, 14 bubus substerni oportet frondem aliudve quid in cubilia, quo mollius conquiescant.

Collatis pabularibus, quae a poëtis et a scriptoribus memorantur, ei inter se consentiunt; consentaneum est scriptores maiorem pabularium copiam memorare.

Pastores maxima c u m c u r a spectant, ut greges pinguia et viridia semper pabula ad explendam famem habeant ([Th.] VIII 40), neve herbas noxias carpant, adeo ut nonnumquam inter se contendant, utrius in pascuo meliores herbae crescant Th. V 128 sq.

Pastores pecora prohibent, ne olivas, arbutos, vites corrodant [Th.] VIII 67. IX 11 Th. IV 45. (κόμαρον τρωγοίσας); ea saeptum transiliunt et vites degustant Th. V 108 (μή μευ λωβασεῖσθε τὰς ἀμπέλος) vel loca periculosa ingrediuntur V. I 76 (de dumosa rupe pendere).

Pastores pecora alloquuntur: caprarius capellas, quae se disperserant Th. I 151 ὦδ' ἴθι Κισσαίθα; [Th.] VIII 69 σίττα νέμεσθε, νέμεσθε; [Th.] XXVII 45 αἶγες ἐμαὶ βόσκεσθε; 46 ταῦροι καλὰ νέμεσθε: Eurip. Cycl. 41 sq. Th. VI 29 Polyphemus canem monet, ut Galateam allatret; Long. IV 4 Lamon Daphnidem hortatur, ut pingues et nitidas, quam maxime possit, capellas reddat; Calp. V 116 sq. praecipue gelidum stipula cum fronde caduca sterne solum, ne forte rigor penetrabile corpus urat et interno vastet pecuaria morbo;

Thyrsis iuvencorum pudorem appellat V. VII 44 ite domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci. Quin etiam pastores pecora osculantur [Th.] XXVII 7. Long. I 18. IV 38 eisque ad tempestatem praesagiendam utuntur geopon. I 3, 9. 10. I 4. Theophr. p. 119. 126. 129. (ed. Fr. Wimmer).

Contra pedo ea verberare non verentur Th. IV 40 (πεῖθήν μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυπατάξω). V 147. 149 (εἴτιν' ὀχευσεῖς τῶν αἰγῶν, φλασσῶ τυ). Eurip. Cycl. 51. Long. I 12, et cum pastor viridi in antro proiectus non semper surgat, modo aspere modo leniter benevoleque ovibus acclamat, ut ripa, quippe cui non satis credatur, se recipiant V. III 94 parcite, oves, nimium procedere: non bene ripae creditur.

De familiaritate, quae inter pastores et pecora intercedit, infra fusius dicam.

Ut greges in unum locum compellant, pastores aut sibilant Hom. Od. IX 315 (πολλῇ δὲ ῥοίζῳ πρὸς ὄρος τρέπε πίονα μῆλα). Long. II 10. III 28 aut bucina utuntur, qua inflata greges conveniunt: bucina pastoralis nominatur a Varrone r. r. II 4, 20. III 13, 1. Colum. VI 23, 3. Plin. n. h. XVI 71. Propert. IV 10, 29. Polyb. XII 4 (σάλπιγξ in Corsica insula): inprimis subulcus sues consuefacere debet, ut omnia faciant ad bucinam; primo cum incluserunt, cum bucinatum est, aperiunt, ut exire possint in eum locum, ubi hordeum fusum in longitudine; sic enim minus disperit, quam si in acervo positum, et plures facilius accedunt; ideo ad bucinam convenire dicuntur, ut silvestri loco dispersi ne dispereant. Inde antiquos subulcos flagella nondum adhibuisse videmus, sed solam bucinam.

Orto sole dum tinguntur rore nocturno pascua V. VIII 14. Calp. V 54. Nem. II 71. Long. II 9. 38. III 12. 15, producuntur greges et vaccae ovesque dantur campis, dumetis capellae; Varro II 2, 10 aestate prima luce exeunt pastum propterea, quod tunc ruscida herba meridianam, quae est aridior, iucunditate praestat; sole exorto potum propellunt, ut redintegrantes rursus ad pastum alacriores faciant;

circiter meridianos aestus, dum defervescant, sub umbriferas rupes et arbores patulas subigunt, quoad refrigeratur; aëre vespertino rursus pascunt ad solis occasum (Nem. I 87. II 90); ita pascere pecus, ut averso sole agat, oportet: caput enim maxime ovis molle est. Ab occasu parvo intervallo interposito ad bibendum appellunt (Nem. I 87. V. V 25) et rursus pascunt, quoad contenebravit: iterum enim tum iucunditas in herba redintegrabit. Haec a vergiliarum exortu ad aequinoctium autumnale maxime observant. Reliquae pastiones hiberno ac verno tempore hoc mutant, quod pruina iam exalata propellunt in pabulum et pascunt totum diem ac meridiano tempore semel agere potum satis habent.

Numerus pecoris, quod ad pascuum abigitur, ad publicanum litteris mandatur Varr. r. r. II 1, 16 et mos apud pastores est rediens vespere ad stabula pecus numerare V. III 34 (hic poëta evidenter rem verbis auget). VI 85. Calp. III 64. Tib. I 5, 25. [Th.] VIII 16 (πατὴρ καὶ μάτηρ τὰ μᾶλα ποθ' ἕσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι).

Autumno greges a montibus in valles et campos deducuntur et vere ineunte rursus in saltus montesque ascendunt, ita ut pastionis tempus usque ad aequinoctium autumnale a vergiliarum exortu pertineat (Varr. II 2, 11); id docent Sophocl. Oed. R. 1136 et Dio Chrysost. or. VII 225 R. τοῦ μὲν χειμῶνος ἐν τοῖς πεδίοις ἐνέμομεν νομὴν ἱκανὴν ἔχοντες καὶ πολὺν χιλὸν ἀποκείμενον· τοῦ δὲ θέρους ἀπηλαύνομεν εἰς τὰ ὄρη; Hor. c. I 4, 3 ac neque iam stabulis gaudet pecus; Long. III 12 ineunte vere, cum nix resoluta et terra detecta sit et herbae virescant, greges in pascua educuntur.

Nocte et hieme greges in stabulis includuntur, ut a lupis et furum rapinis defendantur: αὐλίον Th. VII 153. XI 12. Long. IV 38. Alciphr. ep. II 21, 2. ἔπαυλις Long. I 22. II 8. 24. 38. IV 12. σηκός Long. III 3. ἄρνα σακίταν Th. I 9. ἔριφος σηκίτης Long. III 18. φραγμός Th. V 108. αἰμασιαί Th. I 47. V 93. VII 22. φάτναι Long. III 3; stabulum V. II 80. VI 60. 85. Nem. II 90. Tib. II 3, 14. II 5, 88. saepes V. I 54. VIII 37. praesepia V. VII 39. Calp. I 39. V 43. saeptum V. I 34. Calp. V 98. ovilia V. I 8. Calp. I 40. III 74. IV 11. 156. 162. V 18. 28. 39. 63. VII 11. 15. Tib. II 1, 57. crates texti Hor. epod. II 45. sparsas donec oves campo conducere in unum nox iubet Nem. III 67; apud Homerum stabulum dicitur σηκός Il. XVIII 589. VIII 131. Odyss. IX 219; suile συφεός Od. X 238. 320. XIV 13. 73. συφειός Od. X 389;

rei rusticae scriptores multis locis de stabulis loqui rei natura fert; stabula Col. I 6, 4. VII 3, 8. Varr. II 2, 19; praesepia Varr.

II 2, 19. II 5, 16; praesepes Varr. I 13, 6. Cato IV 1. XIV 1; saepta Col. VI 23, 3. Varr. I 14, 1; consepta Col. VI 23, 1; ovile Cato 39, 1; bubile ibid.; caprile Varr. II 3, 6. Stabula bona et pura esse oportet Cato 4. 39, 1. Varr. II 2, 19; idoneo loco, ne ventosa sint, quae spectent magis ad orientem quam ad meridianum tempus; Varro praecepta dat de ovili II 2, 7; de caprili II 3, 6; Verg. georg. III 302; de bubili II 5, 14.

Ex Th. XXV 87. 98. 99 oves reliquumque pecus minus in saeptis, armenta in stabulis pernoctasse videmus.

Pastores, qui in saltibus pascunt et a tectis longe absunt, secum crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, ceteraque utensilia portant. Longe enim et late in diversis locis pascere solent, ut multa saepe milia hibernae pastiones ab aestivis absint.

Pastionem villaticam memorat Th. I 9 ἄρνα σακίταν; Long. III 18 ἔριφος σηκίτης, geop. XVII 12. Col. VI 3. Varr. II 2, 19 commendant ad corpus alendum maxime amicum cytisum et medicam; nam et pingues facit facillime et genit lacte.

Hiemale pabulum, quod ex herbis atque frondibus constat, pastores ipsos pecori comparare oportet Th. IV 18 (μαλακὸς χόρτος). XI 74 (θαλλόν). Calp. V 96—118 (vivas recidere frondes; comae tenerarum virgarum; levis hedera). Verg. georg. III 295 sqq. Col. VII 3, 21; vide etiam supra p. 29.

De curatione pecudum aegrotarum vide Calp. V 72—78. Cato 54, 5. 60. 70. 71. 72. 73. 96. 102. 103. Col. VI 3, 1. VI 4. VII 4, 7. VII 10, 4; Verg. georg. III 440 sqq. Pastorem igitur scripta habere oportet, quae ad valetudinem pecoris pertinent et sine medico curari possunt, signa morborum et genera curationum Varro II 7, 16. 10, 10. II 1, 22 morborum fere causae erunt, quod pecora laborant propter aestus aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem aut contra nullam exercitationem, aut si, cum exercueris, statim sine intervallo cibum aut potionem dederis. Signa autem sunt, ut eorum, qui e labore febrim habent adapertum os umido spiritu crebro et corpore calido; item ad alios morbos aliae causae et alia signa, in omni pecore quae scripta habere oportet magistrum pecoris.

De notarum impressione vide Calp. V 69 (notatis gregibus). 83 sqq. Einsidl. I 8 (alba nota). Verg. georg. III 158. Colum. VII 9, 12 in maiore pecoris numero multis notis opus est, ne custodis memoria confundatur; hae notae liquida pice imponuntur.

Pastores gregem pascentes a canibus adiuvantur et custodibus

et defensoribus gregis pastorumque: Th. V 106 χάμίν ἐστι κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει; VI 9. 29. ἁ κύων; [VIII] 27. 65 ὁ κύων; Alciphr. II 15, 2. 16, 3 ἁ κύων; Ael. ep. 2 κύων; Hom. Odyss. XIV 21. 35 κύνες θήρεσσιν ἐοικότες; V. I 22. III 18; Einsidl. II 6 turba canum vigilans; Verg. georg. III 406 sq.; canis pastoralis significatur Th. V 38; venaticus V. III 67. X 57.

Horat. epod. VI 5 sq. nam qualis aut Molossus aut fulvus Lacon amica vis pastorum; secundum Suidam canes Molossici ad greges pascendos maxime idonei erant (Μολοττὸς κύων ὁ ποιμενικὸς καὶ μέγας).

Nomina canum memorantur Λάμπουρος [Th.] VIII 68, cuius cauda candida vel rufa est; Lycisca V. III 18; Hylax V. VIII 107 (non ad rem pastoriciam pertinet).

Varro II 9, 1 canis custos pecoris et eius, quod eo comite indiget ad se defendendum; in quo genere sunt maxime oves, deinde caprae: has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores: in suillo pecore tamen sunt, quae se vindicent, verres, maiales, scrofae. Quid dicam de pecore maiore? cum sciam mulorum gregem, cum pasceretur et eo venisset lupus, ultro mulos circumfluxisse et ungulis caedendo eum occidisse et tauros solere adversos adsistere clunibus continuatos et cornibus facile propulsare lupos. Ne vulnerentur a bestiis canes, imponuntur his collaria, quae vocantur melium, i. e. cingulum circum collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri: quod si lupus aliusve quis his vulneratus est, reliquas quoque canes facit, quae id non habent, ut sint in tuto. Numerus canum pro pecoris multitudine solet parari: fere modicum esse putant, ut singuli sequantur singulos opiliones; de quo numero alius alium modum constituit, quod, si sunt regiones, ubi bestiae sunt multae, debent esse plures, quod accidit his, qui per calles silvestres longinquos solent comitari in aestiva et hiberna. Cibatus canis propior hominis quam ovis: pascitur enim eduliis et ossibus, non herbis aut fronde; diligenter ut habeat cibaria, providendum: fames enim hos ad quaerendum cibum ducet, si non praebebitur, et a pecore abducet; dant etiam ius ex ossibus et ea ipsa ossa contusa. Aetate idonea canes parandi sunt, quod catuli et vetuli neque sibi neque ovibus sunt praesidio et feris bestiis nonnumquam praedae. De facie canum v. II 9, 3 sqq.

Colum. VII 12, 3. 8. VII 7, 12 color canis pastoralis albus (ut apud [Th.] VIII 68) eligitur, quippe qui bestiis dissimilis sit; item

Varr. II 9, 3. 4. Columella non longa nomina canum laudat nec tamen breviora quam duas syllabas.

Inimica gregibus animalia, quae apud poëtas bucolicos legimus, sunt haec: τὰ θηρία Th. V 107. λύκος Th. V 106. [VIII] 63. X 30. XI 24. Alciphr. II 18, 1. 3. Ael. ep. 13. Hom. Il. XVI 352; universe Alciphr. II 15, 2 οἱ ἐπιβουλεύοντες τοῖς ποιμνίοις; ἀετός Long. III 16. Hom. Il. XXI 253. XXII 308; λυκιδεῖς Th. V 38;

lupus V. II 63. III 80. V 60. VII 52. VIII 52. georg. III 537. Einsidl. II 5. Tib. I 1, 33. II 1, 20. II 5, 88. IV 1, 187. Hor. epod. II 60. VI 2. XII 26; leo V. IV 22. Catull. LXIII 77. Hor. epod. XVI 33; leaena Hor. c. III 11, 41.

Theocritus, qui res veras depingit, ea quoque re a Vergilio differt, quod animalium mentionem facit, quae re ipsa in Graecia montes pervagabantur.

Cultu gregum cognito ea, quae greges pastoribus praebent, enumerabimus. Atque hic primo lac et caseus, deinde lana, tum caro nominari debent.

Lac pecoris γάλα Th. I 58. V 53. 58. 124. [VIII] 41. XI 35. 65. Alciphr. II 13, 1. Long. I 2. 4. 5. 10. 17. 23. 31. II 2. 4. 22. 30. 38. III 12. 18. 33. Eur. Cycl. 122. 136. 216. 327. 389. lac V. II 20. 22. III 6. 98. IV 21. V 67. VII 3. 15. 33. Calp. III 69. IV 25. 103 partim fetibus consumitur [Th.] VIII 42. V. II 42. III 30 partim mulgetur ἀμέλγω Th. I 143. V 85 (absol.); I 6. 25. 151. IV 3. V 27. 84. XI 65. 75. Eur. Cycl. 389 (c. acc.); Th. XI 65 (γάλα); Th. XI 35 (med.); ποταμέλγομαι Th. I 25; ἐξαμέλγω Eur. Cycl. 209; βδάλλειν (τὰ αἰγίδια) Alciphr. II 13, 1; αἶξ εὐγάλακτος Alciphr. II 18, 2; σπαργῶντας μαστοὺς χάλασον· δέξαι θηλαῖσι σποράς Eur. Cycl. 55; mulgere V. III 5. 91; ad mulctram venire V. III 30. Hor. epod. XVI 49; ubera pressare V. III 99; lac subducere V. III 6; distenta ubera siccare Hor. epod. II 46; siccare buculam Calp. III 66; fluorem lactis uberibus siccare Nem. III 68;

apud Theocritum mulgentur αἶγες Th. I 25. 143. 151. V 27. 84. Alciphr. II 18, 2. II 13, 1; ἁ χίμαρος Th. I 6; αἱ βόες Th. IV 3; αἱ ἄρνες Th. XI 75; οἷς Eurip. Cycl. 55. Th. V 53; inprimis igitur capellae lac praebent;

apud Vergilium oves V. III 5. 99. Tib. I 3, 46 (ultro ferebant obvia ubera lactis oves); vitulae V. III 30; capellae V. IV 21. VII 3. Hor. epod. XVI 49; agnae V. II 22. III 6;

invenimus lac ovillum apud Th. X 53 [VIII] 44. Eur. Cycl. 56. 218. V. III 5. 98. VII 33. Tib. I 3, 46;

lac caprinum Th. I 56. V 58. Alciphr. II 13, 1. 18, 2. V. IV 21. VII 3. Hor. epod. XVI 49;

lac agnarum V. II 22. III 6;

lac vitularum Eur. Cycl. 389. V. III 30;

lac vaccarum Th. IV 3; γάλα βόειον Eur. Cycl. 136. 218.

De discriminibus lactis generum nota Varr. r. r. II 11, 2 sq. lacte est omnium rerum, quas cibi causa capimus, liquentium maxime alibile, et id ovillum, dein caprinum (id quod poëtae docent); quod autem maxime perpurget, est equinum, tum asininum, dein bubulum, tum caprinum; sed horum sunt discrimina quaedam et a pastionibus et a pecudum natura et ab ortu: a pastionibus, quod ad alendum utile, quod fit ab hordeo et supla et omnino arido et firmo cibo pecude pasta; ad perpurgandum ab ea, quae a viridi pasta, eo magis, si fuerit ex herbis, quae ipsae sumptae perpurgare solent corpora nostra: a pecudum natura, quod lac melius est a valentibus et ab his, quae nondum veteres sunt, quam si est contra; a mulgendo atque ortu optimum est id, quod neque nimium longe abest a mulso neque a partu continuo est sumptum;

Homerus Od. IX 244 nullum aliud lac novit nisi ovillum et caprinum; Colum. V 12, 2 laudat cytisum pabulum ad lactis abundantiam; Plin. h. n. XXVIII 9, 33 dulcissimum lac ab hominis est camelinum, efficacissimum ex asinis, stomacho accommodatissimum caprinum, quoniam fronde magis quam herba vescuntur, bubulum medicatius, ovillum dulcius et magis alit, stomacho minus utile, quoniam est pinguius; usus lactis ad omnia intus exulcerata pertinet, maxime renes, vesicam, interanea, fauces, pulmones.

Lac mulctum aut a pastoribus ipsis, qui, cum fures sint Th. V 2. 4. 112. 114. V. III 17 iidem clam mulgent et lac in urbe vendunt Th. IV 3. V. III 5, consumitur Th. XI 35 γάλα πίνω; Long. IV 39. Hom. Od. IX 297 Cyclops γάλα πίνων; V. II 22 lac mihi non aestate novum, non frigore defit, [lac a pastoribus consumptum est agninum V. II 22. Th. XI 35, ovillum Hom. Od. IX 297. Long. IV 39, caprinum Long. IV 39; cfr. etiam Philolog. LV 50]. aut deis deponitur Th. V 53. 58. V. V 67. georg. I 344. Nem. I 68. Hor. ep. II 1, 143. Tib. I 1, 36. II 5, 27. Plin. praef. n. h. I 11 dis lacte rustici multaeque gentes litant, quod maioris pretii hostias non habent, item Plin. XIV 88 aut a fetibus consumitur [Th.] VIII 42. V. II 42. III 30. Eur. Cycl. 207 ἢ πρός τε μαστοῖς εἶσι χὑπὸ μητέρων πλευρὰς τρέχουσιν, aut in urbe venit Calp. IV 25; nota etiam geopon.

XVIII 9, 2 ἡ αἴξ δίδωσιν οὐκ ὀλίγας προσόδους τὰς ἀπὸ γάλακτος καὶ τυροῦ. Col. VII 81 sq.

Ex lacte caseus paratur τυρός Th. V 87. XI 36. 66. Alciphr. II 6. Long. I 15. 20. II 18. III 18. 33. IV 6. 10. 14. Eur. Cycl. 122. 136. 209. 232; τυρίσκοι Long. I 18; τυρεύματα Eur. Cycl. 162; πηκτὸν γάλα Eur. Cycl. 190; caseus V. I 34. Calp. II 70. V 37. Tib. II 5, 38; pressum lac V. I 81 premendo Th. XI 66 (τυρὸν πᾶξαι). V. I 34. 81. Calp. II 70 et coagulum addendo (τάμισος Th. XI 66, coagulum Calp. III 69. Tib. II 3, 14, serum Calp. V 61). Caseus quoque in urbe venit V. I 34. Calp. V 37. Verg. georg. III 402. Deponitur caseus in fiscis Th. V 86 (τάλαροι). Nem. II 33 (calathos perfeci cogendi lactis in usus), Tib. II 3, 15 (fiscella).

Varro r. r. II 1, 28. 11, 3 loquitur de τυροποιΐᾳ. Incipiunt caseum facere a vergiliis vernis exortis ad aestivas vergilias; mulgent vere ad caseum faciundum mane, aliis temporibus meridianis horis, tametsi propter loca et pabulum disparile non usque quaque idem est. In lactis duos congios addunt coagulum magnitudine oleae, ut coeat, quod melius leporinum et haedinum quam agninum: alii pro coagulo addunt de fici ramo lac et acetum, aspargunt item aliis aliquot rebus, quod Graeci appellant alii ὀπόν, alii δάκρυον (ὀπὸς memoratur etiam ab Homero Il. V 902, ex viridi fici cortice paratus Col. VII 8. Plin. h. n. XVI 38, 72).

Idem docent geopon. XVIII 19 et Colum. VII 8, qui necessaria utensilia significat (X 397. XII 18, 2): fiscellas, calathos, formas.

Casei, qui fiunt, maximi cibi sunt bubuli et qui difficillime transeant sumpti, secundo ovilli, minimi cibi et qui facillime deiciantur caprini. Et etiam est discrimen, utrum casei molles ac recentes sint, an aridi et veteres, cum molles sint magis alibiles, in corpore non resides, veteres et aridi contra.

Nostri agricolae ex eo lacte caseum formant, cuius pinguitudo iam prius dempta est; hoc modo lac aliquamdiu neglectum ultro coagulatur.

Casei genera maxime haec praedicantur: Siciliensis optimus erat Aristoph. vesp. 838. schol. in Arist. pac. 250. Athen. XIV 658[b]; caseus Syracusanus Athen. I 27[f]; Κύθνιος τυρός Athen. XII 516[e]; Κεῖος τυρός Aelian. hist. anim. XVI 32; τυρὸς νησιωτικός Athen. XII 542[f]; τυρὸς Χερρονησίτης Athen. II 65[c]. IX 370[d]; Homerus nominatim αἴγειον tantum τυρόν memorat Il. XI 639, quamquam Od. IX 219 sqq. de ταρσοῖς τυρῶν loquitur et μῆλα Od. IX 237, ὅτις καὶ μηκάδες αἶγες Od. IX 234, ὅτες Il. IV 434 mulgentur; Hom. Il. XI

640 caseum siccatum adeo durum nominat, qui discobinari debeat.

De butyro, quod a Catone et Varrone nusquam memoratur, eiusque in medicina usu v. Olck in Paulyi Realencyclopaedia s. v. Butter.

Praeter lac pecoris pelles pastoribus usui sunt strata ex pellibus parata Th. V 56 δέρματα χιμαιρᾶν; Th. V 57 δέρματα ἀρνεᾶν; [Th.] IX 10 λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα; [Th.] IX 18 κώεα (ovium et capellarum); Th. V 50 ἀρνακίδες; V 51 ταὶ τραγεῖαι (sc. δοραί); χλαῖνα ex pelle ovis confecta Th. V 98. 99; κνακὸν δέρμα λασίοιο δασύτριχος τράγοιο Th. VII 15. 16; et vellera memorantur V. III 95. IV 44. Calp. II 7. 69. 78. IV 104. V 67. Tib. II 1, 62.

Lana (V. IV 42. ἔριον Th. V 26. Ael. ep. 2. εἴριον Th. V 50. οἱ πόκοι Alciphr. II 39, 1. laniger grex Calp. II 2. coma (minuta. longa; mollis, dura; candida, fusca) Calp. V 70 sqq. velamen Calp. V 72) tondendo (πέκω Th. V 98. ἀποκείρω Alciphr. II 39, 1. tondeo Calp. IV 104. Hor. epod. II 16 (oves). carm. III 15, 14) paritur. Tondentur apud poëtas semper oves et agni, ut apud scriptores, qui tamen etiam capellarum tonsuram memorant Varr. II 11, 12.

Nusquam a poëtis bucolicis ovium vulsura memoratur, sed tonsura Th. V 98. Calp. II 78. 79. V 66—71.

De tempore tonsurae docet Calp. 78:

vellera tunc dabimus, cum primum tempus apricum
surget et a tepidis fiet tonsura Kalendis.

Col. VII 4, 7 tempus anni tonsurae certum per omnes regiones servari non potest, quoniam nec ubique tarde nec celeriter aestas ingruit et est modus optimus considerare tempestates, quibus ovis neque frigus, si lanam detraxeris, neque aestum, si nondum detonderis, sentiat. Varro r. r. I 37, 2 in ovibus tondendis a patre acceptum servo, ne decrescente luna tondens calvus fiam; II 11, 6 de tonsura ovium primum animadverto, antequam incipiam facere, num scabiem aut ulcera habeant, ut, si opus est, ante curentur, quam tondeantur. Tonsurae tempus inter aequinoctium vernum et solstitium, cum sudare inceperunt oves, a quo sudore recens lana tonsa sucida appellata est: tonsas recentes eodem die perungunt (etiam Cato 96 postea cum oves detonderis, unguito totas, sinito biduum aut triduum consudent) vino et oleo, nonnemo admixta cera alba et adipe suilla; et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem intectam, eam intrinsecus eadem re perinungunt et tegunt rursus. Siqua in tonsura plagam accepit, eum locum oblinunt pice liquida. Oves hirtas tondent circiter hordeaceam messem, in aliis locis ante faeni-

sicia. Diligentiores tegeticulis subiectis oves tondere solent, ne qui flocci intereant; dies ad eam rem sumuntur sereni et iis id faciunt fere a quarta ad decimam: cum sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior et ponderosior et colore meliore.

Varro II 11, 9 ex vocabulis vellera et velamina animadverti licet prius in lana vulsuram quam tonsuram inventam: qui etiam nunc vellunt, ante triduo habent ieiunas, quod languidae minus aegre radices lanae retinent.

Varro l. l. V 54 Veliae — unde essent, plures accepi causas, in quis quod ibi pastores Palatini ex ovibus ante tonsuram inventam vellere lanam sunt soliti, a quo vellera dicuntur; unde videmus antiquissimis temporibus pastores oves vellicavisse; Plin. h. n. VIII 73 oves non ubique tondentur, durat quibusdam in locis vellendi mos.

Non solum oves tondentur aut velluntur, sed etiam capellae Varr. r. r. II 1, 28. II 11, 12.

Loturam ovium antiqui pastores et agricolae non adhibuisse videntur ob eam rem, quod οἴσυπος i. e. lana sucida ovium vel ἔριον οἰσυπηρὸν vel ἄπλυτον vel ῥυπαρὸν, lana sordida, de qua Plin. h. n. XXIX 2, 35 dicit: quin ipsae sordes pecudum sudorque feminum et alarum adhaerentes lanis — oesypum vocant — innumeros prope usus habent, ovibus erat; quae ut servaretur, non abluebatur. Contra capellae lautae sunt Th. V 146 (λουσῶ) et V. III 97 (in fonte lavabo). Quam ad rem conferas Götting. Gelehrt. Anzeig. 1894, 877 sqq.

Pecoris caro memoratur κρέας capellae Th. I 6, agnae Th. V 140; ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζέει [Th.] IX 19. μήλων βορά Eur. Cycl. 122; apud Theocritum, quod pecus caeditur, idem deis quibuslibet sacrificatur Th. V 11 (ἔθυσε ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα). 81 (ἐγὼ ταῖς Μοίσαις χιμάρως δύο ἔθυσα). 139 (τὰν ἀμνίδα θύσας ταῖς Νύμφαις). V. I 33 (multa victima).

Pecoris stercus, quod apud rei rusticae scriptores maximi momenti est, ab his saepe memorari neque umquam a poëtis natura rei fert. De diversis fimi generibus et bonitate nota Cat. 36. 40. 151. Varr. r. r. III 16, 16. I 2, 21. I 38, 13. Colum. II 15. IX 14, 1. 15, 7. XI 3, 12. VIII 9, 4. geopon. II 21.

Pastoralibus officiis et muneribus cognitis vitam pastorum domesticam intueamur i. e. d o m i c i l i u m, vestimentum, victum.

Apud Homerum habitant pastores in stabulis σταθμός Il. II 470. V 140. XIX 377. Od. XIV 358. XVI 45; αὐλή Od. I 425. IX 472. XIV 5; κλισίον Od. XXIV 208; ἔπαυλοι Od. XXIII 358;

apud Theocritum pastores in antris habitasse videntur ἄντρον Th. VI 28 (Cyclopis). XI 44 (Cyclopis), cuius ἄντρον etiam a Eur. Cycl. 35. 47. 82. 87. 100. 118. 206. 224. 252. 288. 426. 480. στεγνὰ σκηνώματα 324. στέγη 29. 91. πέτρα 195. 197. 324. 382. 407. 448. 666. 680. 682. 699 memoratur, Th. III 16 (τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον καλεῖς;) [VIII] 72. (κἄμ' ἐκτῶ ἄντρω κόρα ἰδοῖσα). [IX] 15 (κἠγὼ καλὸν ἄντρον ἐνοικέω κοίλαις ἐν πέτρῃσιν).

Ex natura terrae nonnulla antra exstitisse consentaneum est, sed ibi omnes pastores habitasse vix credibile est; fortasse res rusticae fucantur, quo magis nimius urbanarum rerum cultus illustretur.

Apud Vergilium et Calpurnium aedificia quamvis exigua antrorum, quae tamen non plane desunt (antrum V. I 75. VI 14 (Sileni), locum obtinent: tugurium, cuius culmen caespite congestum est V. I 68; summa villarum culmina V. I 82; humiles casae V. II 29; casae Calp. II 60. VII 42. Tib. II 3, 28. II 5, 26; pastoralia tecta Calp. II 60; sordida tecta Calp. VII 42; mapalia Calp. V 90. VII 42, quorum structuram vides apud Sallustium Jug. bell. 21.

Noctem degunt sub divo [Th.] VIII 77 αἰθριοκοντεῖν; IX 9 ἔστι δέ μοι παρ' ὕδωρ ψυχρὸν στιβάς, ἐν δὲ νένασται | λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα; V. I 80 hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem | fronde super viridi; quam ob rem pastores ab Homero Il. XVIII 162 et ab Hesiodo Theog. 27 ποιμένες ἄγραυλοι nominantur.

Columella I 6, 8 dicit bubulcis et opilionibus cellas iuxta eorum pecudes ita positas esse, ut opportunus excursus ad earum curam esset.

Apparatus domiciliorum hic est: maxime scilicet igni opus est et ad calefaciendum corpus Th. VII 65 (πὰρ πυρὶ κεκλιμένος). XI 51 (ἐντὶ δρυὸς ξύλαμοι καὶ ὑπὸ σποδῷ ἀκάματον πῦρ). V. VII 49 (hic focus et taedae pingues, hic plurimus ignis | semper, et adsidua postes fuligine nigri) et ad cibos multasque alias res mitigandas Th. VII 66 (κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ). [IX] 19 (ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζέει).

Apud Vergilium et Calpurnium magnam elegantiae et urbanitatis rationem habentes ne foci quidem desunt V. V 70. VII 49 neque ad ignem nutriendum materies V. VII 49. 50 taedae pingues et adsidua postes fuligine nigri; Calp. V 26 pone focum.

Quod ad supellectilem pastorum attinet, praecipue vasa notanda sunt: δέπας Th. I 55. 149; σκύφος, instrumentum luxuriae Th. I 143; κισσύβιον Th. I 27; κύλιξ Th. VII 70. Eur. Cycl. 164; κρατήρ

Th. V 53. 104. VII 65. Long. III 9. IV 13. 32; σκαφίς Th. V 59. Long. IV 4; κάλπις Th. V 127; πίστρα Eur. Cycl. 29. 47;

poculum V. III 36. 48. V 67. Einsidl. II 2. Nem. II 42. III 46. 49; fictilia pocula Tib. I 1, 39. 40; crater V. V 68. Nem. III 65; ahenum chalcans Calp. V 83; cymbia Nem. I 68. III 59; cantharus V. VI 17. Nem. III 48; cornu Nem. III 48; lacus, magnum vas Nem. III 51.

Vasa ad lac excipiendum destinata sunt haec: γαυλός Th. V 58. 104. Alciphr. II 13, 1. Long. I 4. III 4. IV 26. 32; πέλλα Th. I 26; ἀμολγεύς [Th.] VIII 87; κρατῆρες Eur. Cycl. 216. 388. 545; mulctrum Calp. III 66. IV 25. V 33; mulctra V. III 30. georg. III 309. Nem. II 36; sinus lactis V. VII 33 (i. e. genus vasis rustici ex vimine factum). corbes τάλαρος Th. V 86. [VIII] 70. XI 73. Hom. Il. XVIII 568. Od. IX 247; ταρσός Th. XI 36. Hom. Od. IX 219. 223. 247; σχοίνια τεύχη Eur. Cycl. 208; τεύχη τυρῶν Eur. Cycl. 226; fiscella, a pastoribus ipsis texta V. X 71. Calp. III 68. Nem. I 1; textum aliquid, quorum indiget usus V. II 71; calathus V. II 46. V 71. georg. III 402. Calp. II 77. Nem. II 34. III 42; ad corbes et fiscellas texendas apta sunt vimina matura, iuncus, salix, hibiscum. V. II 71. X 71. Cat. 31. Nem. II 33. I 1. 2; Varr. r. r. I 22, 1 instrumentum et supellectilem rusticam omnem oportet habere scriptam in urbe et rure dominum, vilicum contra ea ruri omnia certo suo quoque loco ad villam posita;

forpex Calp. V 74; cultri Calp. V 27; falx Calp. I 21. V 98.

Nunc ad vestitum pastorum transeamus: amictus χλαῖνα Th. V 98; κνακὸν δέρμα Th. VII 15; χλαίνᾳ μελέᾳ τράγου Eur. Cycl. 80; πέπλος γέρων Th. VII 17; δέρμα λάσιον αἰγὸς ἐζωσμένος Long. IV 14; δέρμα αἰγὸς λευκὸν καὶ λάσιον Long. IV 6; δέρματα χιμαιρᾶν Th. V 56; καλὰ δέρματα [Th.] IX 9; Varro r. r. II 1, 4 refert pastores ad corpus vestitum et pelles attulisse;

indumentum βαίτα Th. III 25. V 15; νάκος Th. V 2. 9. Alciphr. III 34, 2; ἁπαλὸν νάκος [Th.] XXVII 52; tunica Calp. III 30; ζωστήρ Th. VII 18; cingulum Calp. VI 41; aduncо fibula morsu Calp. VII 81; nota etiam vestem subulci Eumaei apud Hom. Od. XIV 513 (χλαῖναι — χιτῶνες); ἐν αἰγίδι δασυμάλλῳ κλινόμενος Eur. Cycl. 360; σισύρα Alciphr. II 23. Long. II 3; ἐσθήματα πρόσφορα ταῖς ὥραις Alciphr. II 39, 2 τῷ θέρει λεπτουφῆ, τὰ δὲ χειμέρια ἐχέτω περιττῶς τῆς κρόκης καὶ πεπαχύνθω πλέον, ἵνα τὰ μὲν τῇ μανότητι σκιάζῃ μόνον καὶ μὴ καταθάλπῃ τὰ σώματα, τὰ δὲ τῇ βαρύτητι ἀπείργῃ τὸν κρυμὸν καὶ ἀλεξάνεμα τυγχάνῃ; de pellis contemptu

Lucret. de n. rer. V 14 18 pellis item cecidit vestis contempta ferinae;

pedum tegmen ἀρβυλίς Th. VII 26; ἀμύκλαι Th. X 35 calceamenta Amyclae, in urbe Laconica, facta; calceamenta Calp. III 5; καρβατίνας ὑποδεδεμένος Long. II 3; pastores nudis pedibus Th. IV 50 (ἁ γὰρ ἄκανθα | ἁρμοῖ μ' ὥδ' ἐπάταξ' ὑπὸ τὸ σφυρόν); Long. I 30 Δάφνις ἀνυπόδητος, ὡς ἐν πεδίῳ νέμων, καὶ ἡμίγυμνος, ὡς ἔτι τῆς ὥρας οὔσης καυματώδους;

capitis tegmen galerus Calp. I 7;

rustica vestis Calp. VII 79; sordes Calp. VII 80;

pulla paupertas Calp. VII 81;

bacula κορύνα Th. VII 19. 43. [IX] 23; λαγωβόλον Th. IV 49. VII 128; βακτήριον Long. II 4; μοχλὸς ἐλάινος Cyclopis Hom. Od. IX 394; καλαῦροψ Hom. Il. XXIII 845. Alciphr. III 23, 2. Long. I 8. III 17. Apollon. Argonaut. 973 Λαμπετίη δ' ἐπὶ βουσὶν ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ | πάλλεν ὀπηδεύουσα καλαύροπα;

pedum V. V 90; oliva V. VIII 16; baculum Calp. V 13; fractum hastile Calp. III 21; ipse Columella VII 3, 26 baculum memorat;

πήρα Mosch. VI 2. Long. I 6. 13. II 3. 18. III 4. 5. 6. 9. 11. 15. 20. 28. IV 14. 15. 21. 22. 26. 30. 32.

Deinde pastores utuntur bucina Varr. r. r. II 4, 20. III 13, 1. Colum. VI 23, 3. Polyb. XII 4, qui tradit subulcos Italicos generatim βυκάνῃ φωνοῦντες greges ducere, atque ita quamvis magnos greges facile per aetates et genera separare et a fuga furtoque defendere;

eodem consilio ῥοῖζος Hom. Od. IX 315. Long. II 10. III 3. 28 aut pastores gregi acclamant σίττα Th. IV 46 σίτθ' ὁ Λέπαργος, σίτθ' ἁ Κιμαίθα ποτὶ τὸν λόφον; V 3 οὐκ ἀπὸ τᾶς κράνας σίττ' ἀμνίδες; [VIII] 69 σίττα νέμεσθε, νέμεσθε; Eur. Cycl. 49 ψύττα, σὺ τάδ' οὔ, κοὐ τάδε νεμεῖ, κλιτὺν δροσεράν; Tib. II 1, 83 pecori vocate; Long. I 22 aut φωνὴ aut σῦριγξ aut χειρὸς παταγὴ adhibetur.

Pastorum cubilia στιβάς Th. V 34. 129. VII 66. 133. [IX] 9 apud Theocritum aut herbis κνύζᾳ τ' ἀσφοδέλῳ τε πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ Th. VII 67 aut pellibus στιβάς, ἐν δὲ νένασται λευκᾶν ἐκ δαμαλᾶν καλὰ δέρματα [Th.] IX 9 aut apud Vergilium viridi fronde V. I 80 parantur.

Victus pastorum praeter lac, caseum, quippe qui fructus pecoris sint Cato 150, 1. Varro II 1, 4, carnem praecipue melle, pomis, oleribus, pane constat:

μέλι Th. I 146. III 54. V 59. 126. [VIII] 83. Mosch. I 9; mel V. III 89. Calp. II 66. III 12. Nem. I 69. 76; σχαδών Th. I 147; κηριόν Th. V 59. 127. VII 85;

poma σῦκον Th. V 115; ἰσχάς Th. I 147; μᾶλα Th. III 40. 41. V 88. VI 7. V 117. VII 144. [VIII] 79. X 34. XI 10; σταφυλαί Th. I 46; mala V. II 51. III 64. 71. VI 61. VIII 37. 52. Calp. II 42; uvae V. V 32. IV 29. IX 49. Nem. III 37. 41. 44. 53. 64. IV 23. 48; ἄπιον Th. VII 120; ὁμομαλίς Th. V 95; μελίμαλον Th. XI 39; κάρυον [Th.] IX 21; ὄχναι Th. I 134. VII 144; βράβυλοι Th. VII 146; piri V. I 73. IX 50. Calp. II 42; nuces V. VIII 30; nuces castaneae V. II 52. Calp. II 82; castaneae molles V. I 81; castaneae hirsutae V. VII 53; poma Nem. I 51. III 38. Calp. II 33. 41. 64. 73. V. I 37. 80. II 53. VII 54. IX 50; ὀπώρα Long. IV 39; mori V. VI 22; pruna cerea V. II 53;

olera et bacae κύαμος, faba tosta Th. VII 66; φακός Th. X 54; κύμινος Th. X 55; ἄκυλος Th. V 94; φαγός [Th.] IX 20; olus Calp. II 74; bacae Nem. I 50; lupini ferales Calp. III 82; legumen coctum Calp. III 83; glandes Calp. IV 24; fragum V. III 92. Calp. IV 31; hibiscus Calp. IV 32; fagus hiberna Calp. IV 35; rubicunda corna Calp. IV 24; rubus Calp. IV 31;

caro στρόμβω καλὸν ὄστρακον, ὦ κρέας αὐτὸς σιτήθην [Th.] IX 25. 26; ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χόρια ζέει [Th.] IX 19;

panis μᾶζαι Th. IV 34; ἄμυλον [Th.] IX 21; de libo caseario τυρόεντα μέγαν λευκοῖο γάλακτος ἔδωκα ὦνον Th. I 57. 58; panis Calp. III 83; far Calp. IV 33. V 27; moreti meminit V. II 10. 11 (ex allio, apio, ruta, coriandro, bulbo, additis caseo, oleo, aceto comparati).

potus οἶνος Th. V 125. VII 65. 147; τρύξ Th. VII 70; vinum V. V 71. Calp. III 52. 54; Jacchus V. VI 15. Nem. III 62; multus Bacchus V. V 69. Nem. II 42. Tib. II 5, 87; mustum Nem. III 45. 51. 59; latices pressis ab uvis Nem. III 53; de lacte a pastoribus consumpto v. supra. Singulare hoc est, quod numquam aquae potus memoratur; admirabile hoc invenimus apud Theocriti pastores neque adeo apud Vergilianos, quippe qui possessores iidemque vinitores sint.

Universe vero pastoralis victus extremam esse videmus simplicitatem et pastores maxima parte eis vesci, quae in ipsorum agris et hortis nascuntur.

Transeuntes ad m o r e s p a s t o r u m intueamur eorum r e l i g i o n e m.

Tria numinum genera distinguimus deos pastorales, deos musicos, deos communes.

Pastorum deus et protector proprius est Πάν Th. I 3. 16. 123. IV 47. 63. V 15. 58. 141. VI 21. VII 103. 106. Bio IX 7. Mosch. IV 1. 3. Pan V. II 31. 32. 33. IV 58. V 59. VIII 24. X 26. Calp. IV 133. Nem. II 73. III 3. 11. 17. 66. Hor. c. IV 12, 11 delectant deum, cui pecus et nigri colles Arcadiae placent. Tib. II 5, 27; Πὰν νόμιος Paus. VIII 38 fin.; Alciphr. II 8, 1 Pana memorat cum Νύμφαις, ἃς 'Επιμηλίδας (Long. II 39) ἐκάλεις καὶ Δρυάδας καὶ Ναιάδας; Πάν Long. I 16. 27. II 3. 5. 7. 23. 26. 27. 32. 33. III 27. IV 36. 39 ter;

Pan, deus Arcadiae V. X 26. Hor. c. IV 12, 11. Th. I 123, curat oves et ovium magistros V. II 33; circiter meridiem pastor fistula canere non audet, ne deum ex somno suscitent Th. I 15. Nem. III 3; apud Th. epigr. V 6 pastores Pana dormientem interpellare non verentur.

Idem est inventor calamorum V. II 32. VIII 24; est igitur deus pastoralis et musicus simul (Luc. dial. deor. XXII). Pastores per Pana iurant Th. IV 47. V 14. 141. VI 21. Long. II 39 eumque implorant adiutorem amantium Th. V 14. 58. VII 103; Alciphr. frag. VI 6 ὁρᾷς ὡς ἐστιν ἐρωτικός (Πάν); Long. II 9. Ael. ep. 15 θεὸς ὁ Πὰν ἐρωτικός.

Pastores cum omnia deis procedere sentiant, V. I 6, quaecumque hi faciunt, probanda esse hominibus putant neque de divinis rebus esse iudicandum: nam haec omnia sancta sunt Bio XIX πάντα θεῶ γ' ἐθέλοντος ἐναίσιμα, πάντα βροτοῖσιν ἐκ μακάρων ῥάϊστα καὶ οὐκ ἀτέλεστα γένοντο.

Alia pastoralia numina sunt haec:

Νύμφαι Th. I 66. 141. V 54. 140. 148. VII 91 (πολλὰ ἄλλα Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὥρεα βουκολέοντα ἐσθλά). 136. [VIII] 92. Hesiod. Theog. 22 sq. Nymphae V. II 46. III 9. V 20. 21. 75. VI 55 (Nymphae Dictaeae). VII 21 (Nymphae Libethrides). IX 19. X 55. Nem. I 69. III 25. 57; nymphae fontanae nomen Ναίς, quae Daphnidi nupsit [Th.] VIII 43. 93; Κρανιάδες Th. I 22; candida Nais V. II 46; puellae Naides V. X 10; Naides Calp. II 14. IV 69. 135. Nem. II 21; Νύμφαι Κασταλίδες Th. VII 148; Νηρεῖς Th. VII 59; Nerine Galatea V. VII 37; Aeglè, Naiadum pulcherrima V. VI 20; 'Αρέθοισα Th. I 117; Arethusa V. X 1; Dryades Calp. II 14;

Πρίηπος Th. I 21. 81; Alciphr. II 5 fin. ἀγροίκων ἔφοροι δαίμονες; Priapus V. VII 33 (custos pauperis horti). Tib. I 1, 18. I 4, 7. Calp. II 65. Nem. II 51. Verg. georg. I 10 et vos, agrestum praesentia numina, Fauni, ferte simul Faunique pedem Dryadesque puellae; Ἑρμῆς Th. I 77. Aristoph. thesmoph. 986 Ἑρμῆν νόμιον ἄντομαι καὶ Πᾶνα;

Σατυρίσκοι Th. IV 62; Satyri V. V 73. Nem. III 25. 38. 39. 46. 57; Silvanus V. X 24. Calp. II 28. Nem. II 56 (Pani similis et ipse musicus Calp. II 28); Faunus Calp. I 9. Nem. III 25. I 14. 66. Calp. I 15. 33. 91. II 13. IV 61. 133. V 26; Faunus corniger Calp. I 15, qui iuga, qui silvas tueor, satus aethere Calp. I 33; Faunus pater, praeses pastorum et agrestium Calp. I 9. II 13; fistula, donum Fauni, Einsidl. I 10; Fauni V. VI 27; Silenus Nem. III 27. 59; Satyri bicornes Calp. II 13;

Flora Astaci comas gramine iungit et cum Pomona sub matura arbore ludit Calp. II 32. 33. Nem. I 69; Pales V. V 35. Calp. II 36. IV 106. V 25. VII 22. Nem. I 68. II 52. 55. Tib. I 1, 36. II 5, 28; me docet ipsa Pales cultum gregis Calp. II 36; fecunda Pales Calp. VII 22; Parilia Calp. II 63. Tib. II 5, 87, (sollemnia in honorem Palis deae acta).

Numinum musicorum prima sunt Μοῖσαι Th. I 9. 20. 64. 141. 144. V 80. VII 12. 37. 47. 82. 95. 129. [IX] 28. 32. 35. 116. X 35. XI 6. Bio VIII 10; Musae V. III 60. 84. IV 1. (Sicelides) VII 19. Calp. IV 23. 56. VI 60. Nem. I 61. 70. 71; una sororum V. VI 65; propinquae sunt Πιερίδες Th. V 1. X 24. XI 3. Pierides V. III 85. VI 13. VIII 63. IX 33. X 72. Einsidl. I 36; Camena V. III 59. Calp. IV 46; Thalia V. VI 2. Calp. VI 77;

Ἀπόλλων Th. V 82. Bio IX 8; est cantantium pastorum peculiaris tutela Nem. II 54 (sunt curae carmina Phoebo); nempe ipse Admeti greges pascens fistula pastorali se solatus est Tib. II 3, 11. III 4, 67; Apollo V. III 104. IV 57. V 35. VI 73. X 21. Calp. IV 57. 72. VI 16. VII 22 (pastoralis Ap.) Nem. I 5. 65. 82. II 55 (o pastoralis Ap.). 72. Einsidl. I 37. II 38; Φοῖβος Th. VII 101. Phoebus V. III 62. V 9. 11. 29. 66. 82. VII 22. 62. 64. Calp. IV 89. Nem. I 24. 63. II 54. 75. Einsidl. I 23. 32; Κάρνεια, sollemnia in honorem Apollinis Th. V 83; Apollo celebratur λυκοκτόνος et ὀπάων μήλων Pind. Pyth. IX 66; nota etiam verba Macrobii Sat. I 17, 43 νόμιον Ἀπόλλωνα non cognominaverunt ex officio pastorali et fabula, per quam fingitur regia Admeti pecora pavisse, sed quia sol pascit omnia, unde non unius generis, sed omnium pecorum pastor canitur

et universi pecoris antistes et vere pastor agnoscitur; Cynthius V. VI 3; Ἔρως ποιμήν Long. II 5. III 12. IV 39;

memorantur praeterea numina, quae non proprie ad pastores et vitam pastoriciam pertinent, sed partim in fabulis exstant, quas poëtae attingunt de Daphnide Μοῖραι Th. I 139; Ἀφροδίτη 138; Κύπρις 95. 100; Ἔρως 97. 98. 103. 130; Ἄϊδης 103. 130; de Pane Semele Nem. III 23; Juppiter III 21. 22. 63; Venus 56; Lenaeus 15; Satyri 25. 38. 39. 46. 57; per quae partim pastores iurant quaeque obtestant οὐ Δᾶν Th. IV 17. VII 39 πὸτ τῶ Διός IV 50. V 74. VII 44; ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ [Th.] VIII 59; οὐ μὰ Δία Th. XI 29; νὴ Δία Ael. ep. 18; οὐ μὰ τὸν Ἀρισταῖον καὶ τὸν Ἀπόλλω αὐτόν Ael. ep. 5; τοὺς θεοὺς τούς τε ἄλλους καὶ τὸν Πᾶνα ἀσπάζομαι Ael. ep. 16; ναὶ τὸν Πᾶνα [Th.] XXVII 20. 50; οὐ μαὐτὸν τὸν Πᾶνα [Th.] XXVII 35; ναὶ τὸν Πᾶνα Th. V 14. 58. VII 103. IV 47. VI 21; ποτὶ τᾶν Νυμφᾶν Th. I 12. 66. 141. IV 29. V 17. 70. VII 137; πρὸς θεῶν καὶ δαιμόνων Alciphr. II 31, 1; o montana Pales, o pastoralis Apollo, et nemorum Silvane potens et nostra Dione, quae iuga celsa tenes Erycis Nem. II 55. 56; quattuor elementa invocantur: omniparens aether et rerum causa, liquores, corporis et genetrix tellus, vitalis et aer Nem. I 35. 36; nota etiam obtestandi formulas, quae apud Longum leguntur: Νύμφαι φίλαι I 14; ὤμνυε Πᾶνα καὶ Νύμφας II 17; σὺ δέ μοι τὸ αἰπόλιον ὅμοσον καὶ τὴν αἶγα ἐκείνην II 39; ὦ δέσποτα Πὰν καὶ Νύμφαι φίλαι III 32; οὐ μὰ τὸν Πᾶνα καὶ τὰς Νύμφας IV 18. 19; κατὰ πάντων ὤμνυε θεῶν IV 20; ὄμνυμι τὰς Νύμφας IV 22; ὦ Ζεῦ δέσποτα καὶ φίλαι Μοῖραι IV 21; ὄμνυμι ἀντὶ τῶν Νυμφῶν τὰς αἶγας IV 27; τὸν Πᾶνα καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰς Νύμφας ὤμοσα IV 28; οὐ μὰ τὰς αἶγας, νὴ τὰς Νύμφας III 10;

ὦ Παιάν Th. V 79. VI 27; Δάματερ πολύκαρπε πολύσταχυ Th. X 42; ὦ Ἔρωτες Th. VII 118;

inter obtestandi formulas Panem et Nymphas primum locum tenere videmus.

In numero communium numinum sunt haec: Ἔρως Th. I 97. 98. 103. 130. III 15. X 19. Bio XII 2. 6. 10. IX 2. 4. 6. 12. 13. Mosch. IV 4. V 8. VI 2. Eros Tib. I 10, 57. III 4, 66 (saevus et crudelis deus, qui per lasciviam amantes vexat); Amor V. VIII 43. 47. X 28. 29. 69; Delia V. III 67. VII 29; Juppiter V. III 60. Calp. IV 82. 89. 93. 142. V 45. Nem. III 21. 22. 63; Ζεύς Th. IV 43. VII 44. 93. Mosch. VI 5. Alciphr. II 33, 3; Dryades V. V 59. Nem. II 20. Calp. II 14; Hamadryades V. X 63; Oreas Calp. IV 136; Parcae V. IV 47; Bacchus V. V 79. VII 61; Liber V. VII

58; Ceres V. V 79; Venus V. VII 62. VIII 78. III 68. Calp. V 22. Nem. II 6. III 56. IV 27; Ἀχώ Mosch. IV 1. 3. Echo Nem. I 73; Ἀθάνα Bio IX 7; Pallas Nem. II 50. V. II 61.

Deinde memorantur nomina fabulosorum heroum haec: Λιτυέρσης Th. X 41, protector messorum; Achilles, ad Troiam pugnans V. IV 36; Tiphys, gubernator navis Argus V. IV 34; Amphion, ille cantor V. II 24; Linus et Orpheus, illustres cantando V. III 46. IV 55. 56. 57. VI 30. 67. VIII 55. Nem. I 25; Ulixes, cuius socios Circe carminibus mutavit V. VIII 70; Paris, qui in monte Ida a pastoribus educatus est V. II 61.

Apud Vergilium videmus Graecae maximam originis partem esse et deorum et heroum, quorum mentio fit, cum Calpurnius, quippe qui pastores suos Lucanas silvas habitare ipse dicat (VII 17), etiam Romanos deos nominet, ut Palem, Silvanum, Faunos.

His, quos supra memoravi, deis pastores sacrificia offerunt rati eo modo salutarem deorum praesentiam impetrare se posse; itaque Parilia et Ambarvalia Pali deae et Cereri celebrabant, ut his ad sacra vocatis et praesentibus et propitiis largum pecorum et agrorum proventum incolumitatemque acciperent; quem ipsum sacrificiorum finem indicant Verg. georg. II 389 sq. Tib. II 1, 3. 5, 29. Calp. VII 21.

Lacon offert Th. V 53 στασῶ δὲ κρατῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος ταῖς Νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁ δέος ἄλλον ἐλαίω; V 12 ἔθυσε ταῖς Νύμφαις τὰν αἶγα; V 139 θύσας τὰν ἀμνίδα ταῖς Νύμφαις; V 148 τὰν ἀμνὸν ταῖς Νύμφαις;

V. V 67 pocula bina novo spumantia lacte quotannis | craterasque duo statuam tibi (Daphnidi) pinguis olivi; V. I 8 dei aram saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus; I 33 quamvis multa meis exiret victima saeptis; I 43 illum vidi iuvenem, quotannis bis senos cui nostra dies altaria fumant; V. VII 33 sinum lactis et haec te liba, Priape, quotannis exspectare sat est; VII 29 saetosi caput apri hoc tibi, Delia, parvus | et ramosa Micon vivacis cornua cervi; Calp. II 61. 62 saepe vaporato mihi cespite palpitat agnus, | saepe cadit festis devota Parilibus agna; II 67 nos quoque pomiferi laribus consuevimus horti | mittere primitias et figere liba Priapo | rorantesque favos damus et liquentia mella | nec sunt grata minus, quam si caper imbuat aras; Calp. V 24 Canthus reclusos greges in pascua non antea producit, quam Pales placata sit; [Th.] XVII 62 ῥέξω πόρτιν Ἔρωτι καὶ αὐτὰν βοῦν Ἀφροδίτᾳ; Ael. ep. 15 θύω τῷ Πανί; Alciphr. II 20 θύω νεογενῆ κηρία τοῖς θεοῖς; II 33, 2 τέθυται τῷ Ὑετίῳ, ὁ μὲν κριόν, ὁ δὲ τράγον, ὁ δὲ καρπόν, ὁ πένης πόπανον, ὁ δὲ ἔτι πε-

νέστερος λιβανωτοῦ χόνδρους εὖ μάλα εὐρωτιῶντας, ταυρὸν δ' οὐδείς; Long. II 37 τὴν σύριγγα ἀναθεὶς τῷ Πανί; II 34 θῆσειν τὰς αἶγας πάσας διδυματόκους; II 2 πάντες ἐπέφερόν τι ἢ ἄνθος ἢ ὀπώραν ἢ φυλλάδα χλωρὰν ἢ γάλακτος σπονδήν; II 22 ταῖς Νύμφαις στεφάνους, τοῦ πρώτου γάλακτος, σύριγγα; II 24 τὴν ἀρίστην τῶν αἰγῶν, σύριγγα, τράγον; II 24. 31. 20. III 13. I 32 Πανὸς ἄγαλμα (nota hic etiam simulacra marmorea V. VII 31. 35); II 30 Νύμφαις γάλα, δέρμα ἀνάθημα; II 31 οἶνον, κρέα, δέρμα ἀναθήματα; III 10 τῷ Διονύσῳ κριὸν ἐνίαυσιον θύουσιν; III 12 γάλα νέον ἀπὸ αἰγῶν καὶ ἀπὸ οἰῶν; IV 25 θύσαντες Διὶ Σωτῆρι; IV 26 ἐθύετο τοῖς ἐπιχωρίοις θεοῖς; IV 26 τὰ ποιμενικὰ κτήματα διένειμεν ἀναθήματα τοῖς θεοῖς; τῷ Διονύσῳ πήραν καὶ δέρμα, τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα καὶ τὸν πλάγιον αὐλὸν, ταῖς Νυμφαῖς καλαύροπα καὶ γαυλούς, οὓς αὐτὸς ἐτεκτήνατο; I 31. IV 34 σπένδουσιν Ἑρμῇ; IV 39 εἰκόνες, ἀναθήματα;

huc etiam spectant alia venerationis genera, sicut quod Χλόη νομίζει τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα ποιμένων καὶ αἰπόλων ἰδίους θεούς Long. II 39 aut κόνις ἱρὰ (quippe Olympia veniens) Mosch. V 3 aut fagus sacra Calp. I 20. 30. 32. 34 aut pinus sacra V. VII 24 aut nemus castum Einsidl. I 3 aut hircus sacer Einsidl. II 19; inde apparet pastores summa deorum veneratione atque pietate imbutos esse.

Quae rei rusticae scriptores de pastorum religione docent?

Pales dea memoratur a Colum. VII 3, 11. X 4, Parilia a Varr. r. r. II 1, 9. Tibullus quoque documento est: quotannis pastores lustrantur et Pales placida lacte spargitur Tib. I 1, 36; simulacra deorum pastores venerantur Tib. II 5, 25 lacte madens illic suberat Pan ilicis umbrae et facta agresti lignea falce Pales, pendebatque vagi pastoris in arbore votum, garrula silvestri fistula sacra deo; II 5, 87 ac madidus Baccho sua festa Palilia pastor concinet; ille levis stipulae sollemnis potus acervos accendet, flammas transilietque sacras; de lustratione agri v. etiam Cat. 141.

Artissimo vinculo cum religione pastorum superstitio cohaeret, qui remoti ab hominum ac rerum consuetudine in pascuis et nemoribus vitam solitariam agunt et quidquid extra se vident vel audiunt, ad suam provinciam pertinere sentiunt, ut greges et montes silvasque sui vel doloris vel gaudii participes reddant. Itaque pastores quoque superstitiosi rebus magicis obnoxii erant et apud eos quoque praestigiatorum artis vis atque auctoritas magna erat.

Fidem magiae habuit inprimis populus Romanus, quem superstitiosissimum atque religiosissimum mortalium fuisse dicit Sallust. Cat. XII 3; apud Romanos enim grave discrimen, quod inter reli-

gionem et superstitionem intercedit, prope evanuerat, cum et publica sacra et privata magna ex parte superstitione quadam continerentur. et maxime quidem illud magicae superstitionis genus invaluerat, quod auguriis et extispiciis, prodigiorum et portentorum observatione, librorum fatalium inspectione vel sortium consultatione res futuras praenoscere studeret. Neque vero me fugit, quot et quam varia superstitionis genera apud pastores viguerint, ex quibus ea. quae ad amorem pertinent, philtra et incantamenta saepissime tractata et mirifice exculta invenimus.

De amatoria arte magica, quam Theocritus secundo carmine, Vergilius ad exemplum huius Theocriti carminis ecloga octava, Nemesianus Vergilium imitatus quarta ecloga 62 sqq. describunt, vide Ludovici Fahzi de poëtarum Romanorum doctrina magica quaestiones selectas; Giss. 1904, p. 122 sqq. Forma, quali haec amatoria magia exsistit, perurbana est.

Contemplemur varia superstitionis apud poëtas bucolicos genera.

Th. III 31 ἁ Γραίω κοσκινόμαντις; ex cribri torti motibus fures aliave exquirebantur; Th. III 37 ἄλλεται ὀφθαλμός μεν ὁ δεξιός; similiter Alciphr. I 18 et Plaut. Pseudol. I 1, 108 ita supercilium salit; Th. VII 96 Σιμιχίδᾳ μὲν Ἔρωτες ἐπέπταρον; unde Graecos et Romanos fortuitis partis cuiuslibet corporis motibus res opportunas aut alienas significari videmus putare: huc spectant oculorum palpitatio, sternutatio, murmur aurium, ut hodie quoque (Catull 45. 9. Prop. II 3, 24).

is cui pustulae in naso vel lingua oriuntur, mentitus esse putatur [Th.] IX 30 μηκέτ' ἐπὶ γλώσσας ἄκρας ὀλόφυγγόνα φύσω; Th. XII 23 ἐγὼ δέ σε τὸν καλὸν αἰνέων ψεύδεα ῥινὸς ὕπερθεν ἀραιᾶς οὐκ ἀναφύσω;

cornicum clamor a sinistra editus faustum omen habetur V. IX 15 quod nisi me quacumque novas incidere lites ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix;

Moeris aspecto lupo obmutescit V. IX 53 vox quoque Moerim iam fugit ipsa: lupi Moerim videre priores (Graece λύκον ἰδεῖν);

ex iuvenca inventa pastor omen rediturae ad se amicae capit Calp. III 96 veniet, nisi me praesagia fallunt; nam bonus a! dextrum fecit mihi Tityrus omen, qui redit inventa non irritus ecce iuvenca;

inter herbas ad magiam amatoriam adhibitas (de herbis magicis v. O. Hirschfeld de incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque, diss. Regimont. 1863, p. 42) usum floris

τηλέφιλον vocati intueamur: neque vero est floris nomen proprium, sed ex usu petita appellatio, praesagientis scilicet de fide vel perfidia absentis puellae. Theocriti scholiastae alii papaveris folium intellegunt, quod manui sinistrae impositum altera manu percussum sonum fatidicum edat, alii aliam sine nomine herbam dicunt, qua umero vel bracchio imposita videndum sit, levemne ruborem efficiat an gravius ulcus. Amaryllidis amator quaesivit folium decerptum, num in molli bracchii parte positum vigorem, colorem, sucum teneret an exsangue et aridum caderet: alterum vigentis, alterum marcescentis amoris esse signum ratus Th. III 29; simili ratione etiamnunc nos chrysanthemum adhibemus.

Quod ad fascinum βάσκανον attinet, minitatur ipsi pecori V. III 103 (nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos), Gratt. cyneg. 401; quod studebant veteres tueri partim piaculis (votum pro bubus Cato 83) partim signis tutiferis, Graece περιάμματα vocatis, qua in re versicolores fili permultum valent Calp. VI 43 (monilia rutilo torque).

Inprimis vetulae omnibus temporibus in fascinando primas partes agunt Th. III 31 (ἁ Γραίω κοσκινόμαντις). VI 40 (ἡ γραία Κοτυταρίς). VII 126 (γραία παρείη). Plut. de superst. VI. Philostr. in Apoll. vit. VI 11, 248 γρᾶες ἀνημμέναι κόσκινα φοιτῶσιν ἐπὶ ποιμένας ὅτε δὲ καὶ βουκόλους; universos pastores agricolasque superstitiosos esse testatur Dio Chrysost. I p. 12 ἔχειν μαντικὴν ἐκ Μητρὸς θεῶν δεδομένην, χρῆσθαι δὲ αὐτῇ τούς τε νομέας πάντας καὶ γεωργοὺς ὑπὲρ καρπῶν καὶ βοσκημάτων γενέσεως καὶ σωτηρίας.

Ad externam calamitatem averruncandam pastores in sinum spuunt εἰς κόλπον πτύειν, ἐπιφθύζειν Th. VI 39. VII 127, id quod vetulae docent Th. VI 40. Is qui pulchritudinem suam magna cum voluptate miratur, ne deformitas incantetur, ter in sinum spuit Th. VI 39. [XX] 11, ut Nemesis placetur v. schol. ad Th. VI 39 ποιοῦσι γὰρ καὶ μέχρι τοῦ νῦν μάλιστα τοῦτο αἱ γυναῖκες τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι; Tib. I 2, 53. 54 haec mihi composuit cantus, quis fallere posses | ter cane, ter dictis despue carminibus; quo factum est, ut, quo magis effascinatio firmaretur, omnibus peractis carminibus mos ter spuendi exsisteret Tib. I 2, 54 (ter dictis despue carminibus). schol. ad Th. VII 126 εἰώθασι δ' αἱ γραῖαι, ὅταν ἐπάδωσιν, ἐμπτύειν; Varr. r. r. I 2, 27 ego tui memini medere meis pedibus „terra pestem teneto, salus hic maneto in meis pedibus"; hoc ter noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare.

Quae apud rei rusticae scriptores genera superstitionis exstant,

E. Riessius in Paulyi Realencyclopaedie s. v. Aberglaube congessit congestaque disseruit.

Hoc loco singularem nuptiarum consuetudinem memorare licet V. VIII 29. 30 Mopse, novas incide faces: tibi ducitur uxor | sparge, marite, nuces: tibi deserit Hesperus Oetam; (cfr. Servium ad hunc locum et schol. Bernensia); Catull. LXI 128 nec nuces pueris neget desertum domini audiens concubinus amorem: da nuces pueris, iners concubine; 121 tollite, o pueri, faces.

Iam nos iuvat videre, quam benevola familiaritas inter pastores eorumque pecora intercedat. Antiquis enim mollis et clemens erga bestias animus inerat; dignae videbantur vel respectu vel misericordia et religiosa admiratione eas imbuerunt, ut Vergilius dicat apibus esse partem divinae mentis et haustus aetherios; a deo pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum, quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas georg. IV 220 sqq.

Greges musicae intellegentes putantur Th. VI 44 ὠρχεῦντ' ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ; Alciphr. II 9; Long. I 22. 27. 29. II 3. 7. 28. 29. 34. 38. IV 14. 15 (πεποίηκεν αὐτὰς (sc. τὰς αἶγας) καὶ μουσικάς); V. X 16. II 23 canto, quae solitus, si quando armenta vocabat, Amphion; VIII 2 iuvenca immemor herbarum mirata est certantes pastores; Calp. II 9. 10. 11 magnum certamen erat sub iudice Thyrsi | affuit omne genus pecudum, genus omne ferarum | et quaecumque vagis avium ferit aëra pennis: IV 60 truces haec fistula tauros conciliat.

Quasi misericordia captus pastor curat macram vitulam manipulum teneri graminis porrigens Th. IV 18 μαλακῶ χόρτοιο καλὰν κόμυθα δίδωμι; vesperascente iam die saturati greges ad fontem compelluntur Calp. V 56. Nem. I 86. 87;

quin etiam pastores paternam quandam erga pecus curam et amorem demonstrant Calp. V 39 sqq. te quoque non pudeat, cum serus ovilia vises | si qua iacebit ovis partu resoluta recenti | hanc umeris portare tuis natosque patenti | ferre sinu tremulos et nondum stare paratos: Meliboeus de patriis arvis decessurus et miseram suam gregisque fortunam lamentatus capellas alloquitur: ite meae, felix quondam pecus, ite capellae V. I 74.

Nota hic, quae supra de cura pecoris dixi; addenda sunt haec: V. X 77 ite domum, saturae, venit Hesperus, ite capellae; Th. V 1 αἶγες ἐμαί, τῆνον τὸν ποιμένα τόνδε Σιβύρτα φεύγετε τὸν Λάκωνα; V. I 49 Tityri dolor erepti agri accumulatur timentis, ne quid mali

mutato domino gregi accidat aut gravibus fetis insueta pabula nocerent.

Respondet curae pastorum familiaritas et consuetudo vere humana pecoris cum pastoribus: V. X 16 oves stant circum Gallum indigno amore consumptum; VIII 2 iuvenca herbarum immemor (ἀφεῖσαι νέμεσθαι Alciphr. II 9, 2) carmine pastorum stupefacta est, similiter Calp. II 19 daedala apis certantibus pastoribus ausa est nectareos intermittere flores; V. V 25 morte Daphnidis captos misericordia boves nullamque quadrupedem neque amnem libasse neque herbam graminis attigisse Mopsus canit;

itaque greges rebus adversis maxime pastorum commotos videmus (V. X 16. V 25. Th. IV 12 ταὶ δαμάλαι ὃ' αὐτὸν (Aegonem dominum absentem) μυκώμεναι αἴδε ποθεῦντι). Th. I 74. 75 πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι | πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι καὶ πόρτιες ὠδύραντο; Mosch. epitaph. Bio. 23. 24. αἱ βόες αἴποτε γαύρως πλαζόμεναι γοάοντι καὶ οὐκ ἐθέλοντι νέμεσθαι; Nem. II 29 sq. nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae Luciferis, nullo libarunt amne liquores; siccaque fetarum lambentes ubera matrum stant vituli et teneris mugitibus aethera complent.

Sed secundarum quoque pastorum rerum participes greges sunt: Th. V 141 φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων νῦν ἀγέλα; VI 44 ὠρχεῦντ' ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ.

Etiam rebus inanimis pastores tribuunt partes animalium. Theocritus naturae propriam vitam infundit flumina vel arbores vel saltus allocutus sive testes invocans sive, quasi aeque sentiant, consalutans Th. I 117 χαῖρ' Ἀρέθοισα καὶ ποταμοί; I 132 νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε, βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι; [VIII] 33 ἄγκεα καὶ ποταμοί, θεῖον γένος;

ad describendum naturae luctum de Adonide mortuo inducuntur Bio. epit. Adon. 32 sqq. τὰν Κύπριν αἰαὶ | ὦρεα πάντα λέγοντι, καὶ αἱ δρύες αἰαὶ Ἄδωνιν | καὶ ποταμοὶ κλαίουσι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας | καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὥρεσι δακρύοντι | πάντας ἀνὰ κναμώς, ἀνὰ πᾶν νάπος οἰκτρὰ ἀηδὼν | αἰάζει νέον οἶτον ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις; Th. VII 74 καὶ ὡς δρύες αὐτὸν (Daphnida) ἐθρήνευν; V. V 27. Daphni, tuum Poenos etiam gemuisse leones | interitum montesque feri silvaeque loquuntur; X 13 illum (Gallum) etiam lauri, etiam flevere myricae | pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem | Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei; VIII 58 Damon moribundus „vivite, silvae“ clamat; VII 56 at si formosus Alexis | montibus his abeat, videas et flumina sicca; VII 59 Phyllidis adventu nostrae nemus omne

virebit; VIII 4 pastorum certantium carmine stupefactae sunt lynces et mutata suos requierunt flumina cursus; I 38. 39 ipsae te, Tityre, pinus | ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant; II 5 ibi haec (amores suos Corydon) incondita solus montibus et silvis studio iactabat inani;

huc quoque spectat, quod dicitur a Mosch. V 8 ἁ πίτυς ἄδει; Verg. VII 1 sub arguta consederat ilice Daphnis; VIII 22 Maenalus argutumque nemus pinosque loquentes semper habet; VI 28 tum rigidas motare cacumina quercus (propter divinum carmen); VII 45 muscosi fontes et somno mollior herba, et quae vos rara viridis tegit arbutus umbra, solstitium pecori defendite.

Itaque pastores humano quasi sensu et animo naturam imbutam esse rati familiare cum illa habent commercium.

Quid faciunt pastores t e m p o r i s f a l l e n d i c a u s a?

Pastores aut vasa rustica texere aut venari iam supra vidimus, magnam temporis partem cantando degere postea videbimus. Hic loquimur d e e o r u m a m o r e, quod magnum pastoribus oblectamentum ex flagrante formosorum puerorum vel puellarum amore nascitur.

Pastoribus venam amatoriam infuisse docet ipse Varro r. r. II 10, 6 his verbis: quod ad feturam humanam pertinet pastorum, qui in fundo perpetuo manent; facile est, quod habent conservam in villa, nec hac venus pastoralis longius quid quaerit.

Itaque varias nugas et ioca excogitant; ad experiendum, utrum puellae amore fruantur necne, adhibent multa amoris oracula, quae supra notavi, atque dona.

Qua in re omnino notandum est pastores solere dona sua ab opera maxime, difficultate, periculo, quibus ea quaesiverint, commendare (V. II 40 duo nec tuta mihi valle reperti capreoli); neque minus in arte et usu pastorum est silvestria animalia cicurare et domui et mensae assuefacere Calp. III 76. 77 his tamen, his isdem manibus tibi saepe palumbes, saepe etiam leporem decepta matre paventem misimus in gremium; VI 35 scit (cervus) frenos et ferre iugum sequiturque vocantem | credulus et mensae non improba porrigit ora; Nem. II 62 pastor mumusculum suum, lusciniam, ab arte et disciplina commendat, qua eam assueverit interdum in silvas evolare et sua sponte in caveam tamquam ad certam domum redire; Th. XI 40. 41 τράφω δέ τοι (Galateae) ἔνδεκα νεβρὼς | πάσας μανοφόρως καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

Th. III 10 caprarius Amaryllidi ἠνίδε τοι δέκα μᾶλα φέρω; III 21

τίν (τὸν στέφανον) τοι ἐγών, Ἀμαρυλλὶ φίλα, κισσοῖο φυλάσσω; III 34 ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω; V 96. 97 κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν | ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών· 98. 99. ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὀππόκα πεξῶ | τὰν οἰν τὰν πέλλαν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός; 104 ἔστι δέ μοι γαυλὸς κυπαρίσσινος, ἔστι δὲ κρατήρ | ἔργον Πραξιτέλευς· τᾷ παιδὶ δὲ ταῦτα φυλάσσω; 106 χάμίν ἐστι κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει | ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα διώκειν; 133 ὅκα οἱ τὰν φάσσαν ἔδωκα; 134 ὅκ' αὐτῷ τὰν σύριγγ' ὤρεξα; V. III 68 parta meae Veneri sunt munera: namque notavi | ipse locum, aëriae quo congessere palumbes; 70. 71 quod potui, puero silvestri ex arbore lecta | aurea mala decem misi: cras altera mittam; V 85 Menalcas Mopso: hac te nos fragili donabimus ante cicuta; 87 at tu sume pedum;

Th. XI 56 ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκὰ | ἢ μάκων' ἁπαλὰν ἐρυθρὰ πλαταγώνι' ἔχοισαν; V. X 41 serta mihi Phyllis legeret; II 45 tibi lilia plenis ecce ferunt Nymphae calathis;

nota etiam quae apud Longum legimus dona: I 15 μόσχος καὶ κισσύβιον διάχρυσον καὶ ὀρνίθων ὀρείων νεοττοί, τυρὸς ἁπαλὸς ἢ στέφανος ἀνθηρὸς ἢ μῆλον ὡραῖον καὶ νεβρὶς βακχική; I 19 ζεῦγος βοῶν ἀροτήρων, σμήνη τέτταρα μελιττῶν, φυτὰ μηλεῶν πεντήκοντα, δέρμα ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα, μόσχον ἀνὰ πᾶν ἔτος μηκέτι γάλακτος δεόμενον; III 18 ἔριφος σηκίτης, τυροὶ ἁπαλοὶ πρωτορύτου γάλακτος καὶ ἡ αἶξ αὐτή; IV 6 ἔδωκε καὶ ὅσα ἀπὸ αἰπολίου δῶρα, τυροὺς εὐπαγεῖς, ἔριφον ὀψίγονον, δέρμα αἰγὸς λευκὸν καὶ λάσιον, ὡς ἔχοι χειμῶνος ἐπιβάλλεσθαι τρέχων; IV 10 Δάφνις δῶρα προσεκόμισεν ἐρίφους, τυρούς, ὄρνιθας καὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν, βότρυς ἐπὶ κλημάτων, μῆλα ἐπὶ κλάδων· ἦν δὲ ἐν τοῖς δώροις καὶ ἀνθοσμίας οἶνος Λέσβιος, ποθῆναι κάλλιστος οἶνος. [Th.] XXVII 31. 32 Daphnis amatae puellae etiam dotem promittit: ἔδνον γάμου ἄξιον | πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νομὸν ἕξεις.

Itaque mala, rosas, silvestria animalia inter delicias et munuscula amantium esse videmus, cum apud Longum fructus pecoris, lac, caseus, ipsaeque pecudes praeter alia munera donentur.

Pastores, quos nullum amoris esse remedium non fugit Th. XI 1. XIV 52. Long. II 7 (οὐδὲν πὸτ τὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον), docent silvas nomen amatae puellae resonare V. I 5 et montibus silvisque amores suos committunt V. II 5.

Quod si ab amatis fastidiuntur, minis omnis generis utuntur, Th. III 9 ἀπάγξασθαί με ποησεῖς, item Alciphr. II 6. 25, 2 βρόχῳ τὸν βίον ἐκλιπεῖν; Th. III 25 τὰν βαίταν ἀποδὺς εἰς κύματα τηνῶ

ἁλεῦμαι; III 52 κεισεῦμαι δὲ πεσών, καὶ τοὶ λύκοι ὠδέ μ' ἔδονται; III 12 αἴθε γενοίμαν ἁ βομβεῦσα μέλισσα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν: XI 60 νῦν μὰν ὦ κόριον, νῦν αὖ τόγα νεῖν μασεῦμαι: 52 καιόμενος δ' ὑπὸ τεῦς καὶ τὰν ψυχὰν ἀνεχοίμαν | καὶ τὸν ἓν' ὀφθαλμόν; 54 ὤμοι. ὅτ' οὐκ ἔτεκέν μ' ἁ μάτηρ βράγχι' ἔχοντα | ὡς κατέδυν ποτὶ τίν; nota etiam Ael. ep. 3, agricola se ab amici ancilla fugi et irrideri queritur, quamobrem se amico amicitiam renuntiaturum minatur. et Alciphr. II 24 agricola se ab ancilla superbe tractari et illudi sentit: itaque se ancillam crudeliter puniturum esse minatur, nisi precibus obsequatur. V. VIII 47 saevus Amor docuit natorum sanguine matrem | commaculare manus (mortem sibi consciturus Damon); 59 praeceps aërii specula de montis in undas deferar; V. II 73 invenies alium, si te hic fastidit, Alexim;

sed si amori amata respondet, laetitia pastor exsultat Th. III 37 ἦρά γ' ἰδησῶ | αὐτάν; ᾄσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὦ δ' ἀποκλινθείς | καί κ' ἔμ' ἴσως ποτίδοι, ἐπεὶ οὐκ ἀδαμαντίνα ἐστίν; V. VII 59 Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit; Nem. II 47 at si tu venias etc.

Pastores formam habitumque suum et amatarum a se puellarum saepe iactasse haec testimonia docent.

Th. III 18 ὦ τὸ καλὸν ποθορῶσα, τὸ πὰν λίπος· ὦ κυάνοφρυ | νύμφα, πρόσπτυξαί με τὸν αἰπόλον; IV 59 ἦρ' ἔτι μύλλει τήναν τὰν κυάνοφρυν ἐρωτίδα: unde nigra supercilia iudicamus pulchra habita esse eaque maxime, quae inter se coaluerant [Th.] VIII 72 κἄμ' ἐκ τῶ ἄντρω σύνοφρυς κόρα ἐχθὲς ἰδοῖσα; propter villosa supercilia ab aure usque ad alteram perducta et hirtos crines Cyclops a Galatea fugitur Th. XI 31 ὤνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ | ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θἤτερον ὡς μία μακρά | εἷς δ' ὀφθαλμὸς ὕπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει; XI 50 αἰ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος εἶμεν;

fuscus oris color partim laudatur Th. X 26 Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες | ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον, ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον; V. X 38 fuscus Amyntas; partim fastiditur Th. III 35 αἶγα, τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως αἰτεῖ; albus color praedicatur Th. XI 19. 20 ὦ λευκὰ Γαλάτεια, λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός; V. II 16 quamvis tu candidus esses; niger color laude dignus est V. II 16 quamvis ille niger; Th. III 18. IV 59;

flavi crines formosi habentur Th. VI 3 ὁ μὲν αὐτῶν πυρρός: [VIII] 3 ἄμφω τώγ' ἤστην πυρροτρίχω; Long. II 32 Τίτυρος πυρρὸν παιδίον; macra marcidaque puellae figura cum locusta confertur Th. X 18

τὰν νύκτα χροΐζεται ἁ καλαμαία; cum μήλῳ πρόσωπον confertur Long. I 24:

nonnulli pastores se ipsi formosos nominant [Th.] XX 18. 19 ὅττί με τὸν χαρίεντα κακὰ μωμήσαθ' ἑταίρα | ποιμένες, εἴπατέ μοι τὸ κρήγυον· οὐ καλὸς ἐμμί; V. II 25 nec sum adeo informis; Calp. II 88 fontibus in liquidis quotiens me conspicor, ipse | admiror totiens; etenim sic flore iuventae | induimur vultus; Nem. II 78 nostro formosior Ida | dicor, et hoc ipsum mihi tu iurare solebas | purpureas laudando genas et lactea colla | atque hilares oculos et formam puberis aevi;

pueri amati a poëtis bucolicis Latinis saepe formosi nominantur V. II 1. 45 (Alexis). VII 67 (Lycidas). Einsidl. I 1 (Mida). Calp. II 3 (Astacus et Idas): nam etiam pueri a pastoribus amantur.

Pueri quoque. sicut puellae, ab amatoribus donantur Th. V 99 ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν πόκον, ὀππόκα πεξῶ | τὰν οἶν τὰν πέλλαν, Κρατίδᾳ δωρήσομαι αὐτός; V 107 χαμίν ἐστι κύων φιλοποίμνιος, ὃς λύκος ἄγχει | ὃν τῷ παιδὶ δίδωμι τὰ θηρία πάντα διώκειν; V 134 ἀλλ' ἐγὼ Εὐμήδευς ἔραμαι μέγα· καὶ γὰρ ὅκ' αὐτῷ | τὰν σύριγγ' ὤρεξα, καλόν τί με κάρτ' ἐφίλησεν; V. II 51 ipse (Corydon) ego cana legam tenera lanugine mala | castaneasque nuces; addam cerea pruna et vos, o lauri, carpam, et te, proxima myrte; III 70 quod potui, puero silvestri ex arbore lecta | aurea mala decem misi; cras altera mittam;

habitus puerorum semper formosus praedicatur Th. V 87 Λάκων τὸν ἄναβον ἐν ἄνθεσι παῖδα μολύνει; V 90. 91 κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν | ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα; VII 118 βάλλετε τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον; 120 καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος, αἱ δὲ γυναῖκες | „αἰαῖ" φαντὶ „Φιλῖνε, τό τοι καλὸν ἄνθος ἀπορρεῖ"; V. II 1. V 86. VII 55. formosus Alexis; 17. 45. formose puer; 34 nec te paeniteat calamo trivisse labellum; Nem. IV 4 Lycidae crinitus Jollas ignis erat; 44. 45 tu quoque, saeve puer, niveum ne perde colorem | sole sub hoc: solet hic lucentes urere malas; 72 plus tamen ecce meus, plus est formosus Jollas.

Pastores amantes a pueris partim contra amantur Th. V 90. 134. 135. V. III 66 at mihi sese offert ultro, meus ignis, Amyntas; 74 quid prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta; 83 dulcis mihi solus Amyntas;

partim fastidiuntur Th. VII 118. 119 βάλλετέ μοι τόξοισι τὸν ἱμερόεντα Φιλῖνον | βάλλετ', ἐπεὶ τὸν ξεῖνον ὁ δύσμορος οὐκ ἐλεεῖ μευ;

V. II 2 nec quid speraret habebat; 17 o formose puer, nimium ne crede colori; 73 invenies alium, si te hic fastidit, Alexim; Nem.

IV 20 respice me tandem, puer o crudelis Jolla; 44 tu quoque, saeve puer; 56 quisquis amat pueros, ferro praecordia duret | perferat et fastus.

Saepe pastorum in pueros amor solis precibus continetur Th. VII 52 ἔσσεται Ἀγεάνακτι καλὸς πλόος εἰς Μυτιλάναν; 62 ὥρια πάντα γένοιτο καὶ εὔπλοος ὅρμον ἵκοιτο; V. II 28 o tantum libeat mecum tibi sordida rura | atque humiles habitare casas etc.; II 45 huc ades, o formose puer;

saepe impetus amoris clare ostenditur Th. V 135 καλόν τί με κάρτ' ἐφίλησεν; VII 56 θερμὸς γὰρ ἔρως αὐτῶ με καταίθει; 99 ὁ Ἄρατος δ' ὁ πάντα φιλαίτατος ἀνέρι τήνῳ | παιδὸς ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἔχει πόθον; V. II 65 te sequitur Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas; 68 me tamen urit amor: quis enim modus adsit amori? a Corydon, Corydon, quae te dementia cepit; Nem. IV 5 parilis furor de dispare sexu cogebat trepidos totis discurrere silvis; 11 fessi, quos torridus ederat ignis;

attamen pastorum amor a somniis et fanatico furore alienus est Th. X 7 sqq., ubi messor Milon ineptum et puerilem Batti amorem cavillatur his verbis (57) τὸν δὲ τεὸν βουκαῖε πρέπει λυμηρὸν ἔρωτα μυθίσδεν; Nem. IV 56 sqq. quisquis amat pueros, ferro praecordia duret | nil properet discatque diu patienter amare | prudentesque animos teneris non spernat in annis | perferat et fastus.

Delicati pueri hi memorantur Th. V 90. 99 Κρατίδας; 134 Εὐμήδης; Th. VII 52. 61 Ἀγεάναξ; 105. 118. 121 Φιλῖνος; V. II 15 Menalcas; II 1. 6. 65. 73 Alexis; III 66. 74. 83. X 37 Amyntas;

ut apud puellas amatas, si adsunt, omnia rident, ita hic quoque, si formosus Alexis montibus his abeat, videas et flumina sicca V. VII 55. 56.

Tenerae sunt allocutiones eaedemque simplices Th. III 18 ὦ κυάνοφρυ νύμφα; 6 ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί; X 26. 36. Βομβύκα χαρίεσσα; XI 20 ὦ λευκὰ Γαλάτεια; 30 χαρίεσσα κόρα: 60 ὦ κόριον; IV 38 ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλί; V. II 6 o crudelis Alexi: 18. 45 o formose puer; III 79 formose Jolla: VII 67 Lycida formose: saepissime casus vocativus solus ponitur Th. VII 121 Φιλῖνε; XI 63 Γαλάτεια; V. II 65 o Alexi; Calp. II 71 Crocale: III 45. 61. 65. 70 Phylli; Nem. II 37. 69. 85. Donace; IV 38 formosa Meroe.

Transeuntes ad eruditionem ingenii pastorum praefamur ea, quae rei rusticae scriptores de scientia pastorum docent.

Varro r. r. II 1, 11 sqq. primum ut bonum pares pecus, scire oportet, qua aetate unamquamque pecudem parere habereque expe-

diat: altera pars est cognitio formae uniuscuiusque pecudis, qualis sit; tertia pars est, quo sit seminio quaerendum; quarta pars est de iure in parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat civili iure: II 1, 16 alterae partes quattuor sunt, cum iam emeris, observandae de pastione, fetura, nutricatu, sanitate; II 1, 24 relinquitur nonum de numero; scire oportet, quot feminas in grege habeat, quae parere possint, quot arietes, quot utriusque generis suboles, quot reiculae sint alienandae. II 10, 10 magister pecoris sine litteris idoneus non est, quod rationes dominicas pecuarias conficere nequiquam recte potest.

Scientiam pastoralem a scriptoribus memoratam ad pastionem pecoris eiusque curam pertinere intellegimus.

Quae apud poëtas legimus?

Pastores artem scribendi et legendi noverunt V. V 13. X 53. Calp. I 20. 22. 25. 32. III 43. 89. IV 130; mos enim pastoribus est bona carmina arborum cortici incidendi, quia nonnumquam carminibus suis celebritatem quandam assecuti sunt (Th. I 19. 20. VII 27. 28. X 23. V. V 55); ipse Varro idem docet II 5, 18. 7, 16. 10, 10; sed omnes hi loci eo spectant, ut pastores signa morborum et genera curationum scripta habeant: magister pecoris in libro scripta habet, quae opus sunt ad medendum (II 2, 20).

Vergiliani pastores, qui plerumque pleniore quasi ore loquuntur, satis imbuti sunt disciplina geographica V. VIII 44, ubi Damon aut Tmaron aut Rhodopem aut extremos Garamantes memorat; II 24 Corydon errat Aracynthum in Atticam transferens, cum in Acarnania sit; V. I 62. 63. 64. 65. 66 Tityri et Meliboei scientia; Vergili pastoribus ne mathematica quidem ratio ignota est V. III 40 in medio duo signa, Conon, et — quis fuit alter | descripsit radio totum qui gentibus orbem | tempora quae messor, quae curvus arator haberet?

Amplam pastores plantarum et animalium scientiam habere natura rei fert.

Ceterum eorum ingenium tardum fuisse demonstrant Lucian. dial. deor. XX (de Paride) et Long. IV 11 Ἀστύλος ᾤετο πείσειν ῥᾳδίως τὸν Δάφνιδα ὡς αἰπόλον.

Iisdem pastoribus singularis historiae fabularis cognitio inest, quae quasi in sucum et sanguinem illorum transierunt, id quod ex magno deorum aliorumve numinum numero videmus.

Tanguntur a pastoribus hae fabulae:

Th. III 40 sqq. quomodo Hippomenes Atalantam uxorem duxe-

rit; III 43 quomodo Melampus grege Iphicli Pylum abacto Biam fratrem, qui Pero in matrimonium ducere studet, adiuverit: III 46 fabula amoris, quo formosus Adonis et Venus coniuncti sunt; III 49 quomodo Endymion, pulcherrimus ille venator, a Selena, eius forma capta, longis somnis opertus sit; III 50 quomodo Jasion, rex Cretensis, et Ceres convenerint; V. V 20 sqq. fabula de Daphnide: II 24 mentio fit Amphionis illius cantoris; III 46 Orpheus carmine silvas fascinans; III 64 Galateae et Cyclopis amor memoratur: Nem. I 25 Linus fidibus et Orpheus carmine celebrati.

Ornytus pugnam Philippicam et reges urbis Romae memorare scit Calp. I 50. 64. 65;

Corydon est rerum urbanarum curiosus Calp. VII 1. 18; qua re simplicitas Theocriti pastorum deseritur neque poëta servat praeceptum Quintiliani inst. or. X 1, 55 admirabilis in suo genere Theocritus, sed musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat;

Meliboeus non solum naturae scientia, sed etiam dulcium facultate carminum viget Calp. IV 53. 54. 55; V. IX 11 sqq. VII 70.

Meliboeus iuris peritus et iustitiae aequitatisque studiosus laudatur Nem. I 54. 55.

Attamen rusticitas morum pastoralium elucet ex rusticis sive pastoralibus descriptionibus aut meridiei Calp. IV 169 (iam sol contractas pedibus magis admovet umbras) aut temporis matutini Calp. V 30 (dumeta capellis | orto sole dabis, simul hunc transcendere montem | coeperit ac primae spatium tepefecerit horae) aut Nili fluminis Calp. VII 68 (pecus, quod in illo nascitur amne | qui sata riparum vernantibus irrigat undis) aut dei denotatio Calp. II 52 (o si quis Crocalen deus afferat! hunc ego terris | hunc ego sideribus solum regnare fatebor | ; pastores enim terrae et sideribus omnia tribuunt, unde fruges et bonas tempestates exspectant) aut annorum numeratio Nem. IV 36 (iam tibi bis denis numerantur messibus anni).

Pastores igitur cum satis rusticis sint moribus, maxima opprobria alter in alterum iactare non dubitant: V. III 25 sqq. (aut umquam tibi fistula cera | iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas | stridenti miserum stipula disperdere carmen?); Calp. VI 19 sqq. (vis igitur, quoniam nec nobis, improbe, par es | ipse tuos iudex calamos committere nostris? | vis conferre manum? vincen tu quemquam? etc.); Battus Corydoni furtum crimini dat Th. IV 3 ἦ πάψε κρύβδαν τὰ ποθ' ἕσπερα πάσας ἀμέλγεις; Comatas capellas impellit, ut opilionem Laconem fugiant Th. V 2 τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν;

Lacon ovibus acclamat, ut fontem caveant Th. V 4 οὐκ ἐσορῆτε τόν μευ τὰν σύριγγα πρόαν κλέψαντα Κομάταν: inter se furti in horto facti accusant Th. V 112 (Κομάτας) μισέω τὰς δασυκέρκος ἀλώπεκας, αἳ τὰ Μίκωνος | αἰεὶ φοιτῶσαι τὰ ποθ' ἕσπερα ῥαγίζοντι; V 114 (Λάκων) καὶ γὰρ ἐγὼν μισέω τὼς κανθάρος, οἳ τὰ Φιλώνδα | σῦκα κατατρώγοντες ὑπανέμιοι φορέονται;

V. III 17 non ego (Menalcas) te (Damoetam) vidi Damonis, pessime, caprum | excipere insidiis multum latrante Lycisca?

Lacon a Comata, ut secum amoenissimo loco ad canendum considat, invitatus se venturum esse negat Th. V 52 ταὶ δὲ τραγεῖαι ταὶ παρὰ τὶν ὄσδοντι κακώτερον ἢ τύπερ ὄσδεις;

inde pastoribus studium iurgandi et rixandi summum inesse intellegimus, inter quos Comatas et Lacon quasi natura rixatores veram ex controversiis voluptatem percipere videntur (Th. V 77 τύ γε μὰν φιλοκέρτομος ἐσσί) adeo, ut de ipso certaminis arbitro inter eos non conveniat Th. V 62. 63.

Simplicis quoque animi est superbe gloriari de divitiarum abundantia Th. XI 34 sqq. ἀλλ' οὗτος τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω, | κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενος γάλα πίνω | τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρᾳ | οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί; V. II 21. 22 et Calp. II 68. 69. 70, qui uterque Theocriti Cyclopem imitantur;

aut de perfecta corporis forma [Th.] XX 18. 19 οὐ καλὸς ἐμμί; V. II 25 nec sum adeo informis; Calp. II 84 informis videor tibi?

Praeter hanc simplicitatem animi pastorum sinceritas laude digna est (exceptis illis, quae supra commemoravi, furtis Th. V 2. 4. 112. 114. V. III 17): Corydon ad curandum Battum, cuius in pedem spina irrupit, statim paratum se praestat Th. IV 51 sqq. ναὶ ναί, τοῖς ὀνύχεσσιν ἔχω τί νιν· ἆδε καὶ αὐτά; Tityrus amore Galateae incensum peculium se neglexisse aperte profitetur V. I 31 namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat | nec spes libertatis erat nec cura peculi; Lycidas, ut cantantes eant, Moeridem fasce levare paratus est V. IX 65;

exemplum eximii in seniores obsequii et observantiae habemus apud V. V 4 tu maior; tibi me est aequum parere, Menalca;

vel pietatis [Th.] VIII 15 οὐ θήσω ποκα ἀμνόν, ἐπεὶ χαλεπὸς ὁ πατήρ μευ | χά μάτηρ, τὰ δὲ μᾶλα ποθ' ἕσπερα πάντ' ἀριθμεῦντι; V. III 32 de grege non ausim quicquam deponere tecum | est mihi namque domi pater, est iniusta noverca | bisque die numerant ambo pecus, alter et haedos.

Ipsae sententiae et proverbia pastorum usum plebeiorum hominum redolent Th. IV 41 θαρσεῖν χρὴ φίλε Βάττε· τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον; V 23 ὖς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισεν; 26. 27 τίς τρίχας ἀντ' ἐρίων ἐποκίξατο; τίς δὲ παρεύσας | αἰγὸς πρατοτόκοιο κακὰν κύνα δῄλετ' ἀμέλγειν; X 11 χαλεπὸν χορίῳ κύνα γεῦσαι; 13 ἐκ πίθω ἀντλεῖς δῆλον· ἐγὼ δ' ἔχω οὐδ' ἅλις ὄξος; XI 75 τί τὸν φεύγοντα διώκεις; X 55 μὴπιτάμῃς τὰν χεῖρα καταπρίων τὸ κύμινον.

De proverbiis et sententiis a Vergilio prolatis, ubi semper fere Theocriti simplicitatem retinuit, nota Gebauer l. l. p. 8. Sententiae Vergili propriae sunt II 65 trahit sua quemque voluptas; VII 42 proiecta vilior alga; X 69 omnia vincit Amor: et nos cedamus Amori.

Calpurnius et Nemesianus Vergilium imitantur V. III 60. Calp. IV 82 ab Jove principium; V. VI 3. Calp. IV 155 vellit nam saepius aurem (invida paupertas); Th. V 136 οὐ θεμιτὸν Λάκων ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν, οὐδ' ἔποπας κύκνοισιν; V. VIII 55 certent et cycnis ululae; IX 36 argutos inter strepere (videor) anser olores: Calp. VI 7. 8 credibile est, si vincat acanthida cornix, vocalem superet si dirus aedona bubo;

V. II 18. Nem. IV 21 sqq. perdunt et gramina flores. perdit spina rosas nec semper lilia candent nec longum tenet uva comas nec populus umbras; V. VII 41. Nem. IV 53 Sardorum gramina vincet.

Quod ad rerum obscaenitatem pertinet, Theocritus eas aperte memorat I 105 εἰ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος, ἔρπε ποτ' Ἴδαν, ἔρπε ποτ' Ἀγχίσην; IV 61 πρόαν γέ μεν αὐτὸς ἐπενθὼν | καὶ ποτὶ τᾷ μάκτρᾳ κατελάμβανον ἄμος ἐνήργει; V 116. 117 ἦ οὐ μέμνασ', ὅκ' ἐγώ τυ κατήλασα, καὶ τὺ σεσαρὼς | εὖ ποτεκιγκλίζευ καὶ τὰς ὀρυὸς εἴχεο τήνας; V 41 ἀνίκ' ἐπύγιζόν τυ, τὺ δ' ἄλγεες. [Th.] XXVII 5. 47. 51. 57. Long. II 8. 9. 10. III 14. 18. 24. 26.

Vergilius a rerum obscaenitate adeo abhorruit, ut uno tantum loco in carmine altercationis plenissimo (V. III 7. 8. 9) et reticentiae quidem figura usus obscaeni quiddam immisceret. Licet credas re vera inter pastores magnam obscaenarum rerum vim viguisse, quas Vergilius, quippe qui anima candida fuerit, adversus Theocritum vitavit; inde Theocritum magis quam Vergilium pastorum vitam moresque ad veritatem rerum depinxisse apparet.

Nunc quaeramus, quibus imaginibus et comparationibus pastores utantur?

Ex animalium regione petuntur hae: Th. I 148 τέττιγος τύγα φέρτερον ᾄδεις; [VIII] 38 αἴπερ ὁμοῖον μουσίζω Δάφνις ταῖσιν ἀηδονί-

σιν; item Long. II 6, ubi Daphnis insiluit tamquam lusciniae pullus; Long. II 5 vox, qualem neque hirundo neque luscinia neque cycnus habent; [Th.] VIII 87 ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη καὶ ἀνάλατο καὶ πλατάγησε νικάσας, οὕτω κ' ἐπὶ ματέρι νεβρὸς ἅλοιτο; Th. VII 41 οὐ νίκημι ἀείδων, βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω; V 29 ὅστις νικασεῖν τὸν πλατίον ὡς τὺ πεποίθεις | σφὰξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον; IV 39 Batto Amaryllis cara est, ὅσον αἶγες ἐμὶν φίλαι; VII 96 ἦ γὰρ ὁ δειλὸς τόσσον ἐρῶ Μυρτοῦς, ὅσον εἴαρος αἶγες ἐρᾶντι;

cum herbis comparantur [Th.] IX 33 οὔτε γὰρ ὕπνος | οὔτ' ἔαρ ἐξαπίνας γλυκερώτερον, οὔτε μελίσσαις | ἄνθεα· τόσσον ἐμὶν Μοῖσαι φίλαι; V 92 ἀλλ' οὐ σύμβλητ' ἐστὶ κονόσβατος οὐδ' ἀνεμώνα πὰρ ῥόδα; VI 15 ἃ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας | ταὶ καπυραὶ χαῖται, τὸ καλὸν θέρος ἁνίκα φρύγει; [Th.] XX 22 καὶ γὰρ ἐμοὶ τό πάροιθεν ἐπάνθεεν ἁδὺς ἴουλος | ὡς κισσὸς ποτὶ πρέμνον; 23 χαῖται οἷα σέλινα περὶ κροτάφοισι κέχυντο; Long. I 18 labella Chloes delicatiora praedicantur ipsis rosis et os favis dulcius; Long. I 24 τὸ πρόσωπον cum μήλῳ confertur; Th. VII 117 ὦ μάλοισιν Ἔρωτες ἐρευθομένοισιν ὁμοῖοι; VII 120 (Philinus) καὶ δὴ μὰν ἀπίοιο πεπαίτερος: Nem. II 41 pallidior buxo violaeque simillimus erro (Idas); cum lacte conferuntur Th. XI 20 ὦ λευκὰ Γαλάτεια | λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα ἀρνός | μόσχω γαυροτέρα, σφηλωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς; [XX] 26 καὶ δέμας αὖ πακτᾶς λιπαρώτερον; Long. II 4 Daphnis laudatur candidus ut lac;

cum melle comparantur [Th.] XX 26 ἐκ στομάτων δὲ ἔρρεέ μοι φωνὰ γλυκερωτέρα ἢ μέλι κηρῶ; Th. III 54 ὡς μέλι τοι γλυκὺ τοῦτο κατὰ βρόχθοιο γένοιτο; [VIII] 83 κρέσσον μελπομένω τευ (Daphnidis) ἀκουέμεν ἢ μέλι λείχειν; cum nive desiderium Daphnidis confertur Th. VII 76 εὔτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον | ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα;

immitis Meroe cum ventis comparatur Nem. IV 14 rapidis fugacior Euris.

Vergilius ad comparationes et imagines ex vita agresti petendas omnino Theocriti exemplo incitatus verba eius aut imitando expressit aut certe spectavit; de qua re v. Gebauer l. l. p. 9.

Ipsius ingenio tribuendae sunt quas legimus imagines I 24. 25 verum haec (urbs Roma) tantum alias inter caput extulit urbes | quantum lenta solent inter viburna cupressi; VII 42 immo ego Sardoniis videar tibi amarior herbis | horridior rusco, proiecta vilior alga; X 29 nec lacrimis crudelis Amor nec gramina rivis nec cytiso

saturantur apes nec fronde capellae; X 54 crescent illae (arbores), crescetis, amores.

Praeterea imagines hoc modo dividuntur:

1. additis coniunctionibus velut ἠύτε, ὡς, ὥσπερ, καθάπερ, οἷος, ut etc. Th. III 54. V 29. IV 39. VII 41. 76. VI 15. [VIII] 87. [XX] 22. 23. Long. II 4. 5. 6. V. I 24. 25. V 16. 17. 32. 45. 82. VIII 85. 86. X 73;
2. ὑπερβολαί comparativae Th. I 148. VII 120. [VIII] 83. [XX] 26. XI 20. Long. I 18. V. VII 37. 41. 42. Nem. II 41. IV 14;
3. sine coniunctionibus copulativis dispositae quod genus singulare poëseos bucolicae videtur Th. V 92. VII 117. [VIII] 38. Long. I 24. V. II 18. 63. III 80 sqq. VII 61. 62. X 39.

Theocritum igitur ex herbarum atque animalium usu imagines suas sumpsisse videmus rarissimeque ex rebus maritimis, cum fluctus et strepitum naturae fastidiens quietem et tranquillam silvarum et rurum pacem amet; [Th.] VIII 55 ᾄσομαι σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν τὰν Σικελάν τ' ἐς ἅλα; hic tranquillum aequor a litore praedicatur: item V. II 26 cum placidum ventis staret mare; quod Moschus tranquillitatem naturae illustrat, placidum mare non deest V 3 ποθίει δὲ πολὺ πλέον ἄ με γαλάνα; 4 ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολλὸς βυθοῖ | ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἅλα φεύγω.

Deinde in Theocriti carminibus multos qui Alexandrinorum aetate valebant mores redditos invenimus, velut liberius feminarum cum viris commercium, quod amatae puellae amatoribus placendi indulgent cupidini (pastores sane semper sine fuco usum inter se habuisse manifestum est) Th. V 88. 89 βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα | τὰς αἶγας παρελᾶντα καὶ ἁδύ τι ποππυλιάζει; VI 6 βάλλει τοι Πολύφαμε τὸ ποίμνιον ἁ Γαλάτεια μάλοισιν; vel quod Cyclops Galateae manum osculari vult, Th. XI 53, quae osculandi ratio tamen iam pridem nota erat (vide Sittl, Gebärden der Griechen und Römer p. 166. 282); vel quod femina inter figuras in poculo expressa duos ambientes viros lascivis oculis aspicit I 36 ἀλλ' ὅκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελᾶσα | ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον;

Hic quoque iuvat locos memorare, unde artifex ad opera sua formanda satis magnam materiam sumere possit: Th. I 27 sqq. poculum artificiose perfectum, inprimis I 39 sqq.; ubi piscator, ut etiamnunc, senex in mari vexatus (γέρων ἁλίτρυτος 45) pingitur; similiter duo caelata pocula V. III 37 sqq.; Th. IV 50 Battus, cuius in pedem spina irrupit, quam Corydon extrahere parat; Th. X 18.

27 Bombyca, quae cum arida et exoleta locusta confertur; Th. V 43 Comatas (ὑβός) et Lacon.

Transeuntes ad artem pastorum inter vocis cantum et nervorum distinguimus.

Ad vocis cantum pertinent haec: ἀείδειν Th. I 19. 23. 24. 61. 145. 148. III 1. 38. 52. V 22. 31. VI 4. 20. VII 41. 72. 78. 100. 141. [VIII] 4. 6. 7. 10. 29. 30. 33. 55. 61. 71. 81. 84. [IX] 14. 29. X 56. XI 13. 18. 39. Bio. VIII 3. 9. IX 10. 13. Mosch. III 8. Long. II 2. IV 40; διαείδειν Th. V 22; συναείδειν Th. X 25; λέγειν Th. V 78; ἀοιδά Th. I 62. 64. 70. 73. 76. 84. 89. 94. 99. 104. 114. 129. 131. 137. 142. VII 49. X 38; ᾠδά [Th.] VIII 31. 62. [IX] 1. 2. 28. 32. Long. II 3. III 12 (haec vox in spuriis tantum Theocriti carminibus legitur); ἀοιδός Th. V 80. VII 38. 47; μέλος Th. I 7. [VIII] 34. X 22. Long. I 29. 30. II 36. IV 3; νόμιον μέλος Alciphr. II 9, 1; τὸ νόμιον Long. IV 15; μελίσδομαι Th. VII 89. Bio VIII 10. 15; μελύδριον Th. VII 51. Bio VI 1; μελικτάς Th. IV 30; ὕμνος Th. I 61; μέλπειν [Th.] VIII 83. Bio VIII 8. IX 4; φωνά Th. I 65. VII 82. 88. [VIII] 81. X 37. Mosch. II 9; στόμα Th. I 146. VII 37. 82. [VIII] 81. Bio VIII 11; βουκολιάσδειν Th. V 60. VII 36. Bio IX 5; βουκολιάζεσθαι Th. V 44. 60. [IX] 1. 5; βουκολικὰ ἀοιδή Th. VII 49; βουκολιαστάς Th. V 68; ἀμοιβαία ἀοιδά [Th.] VIII 31. 61; ἄρχεσθαι [Th.] VIII 32. IX 1; συνάπτεσθαι Th. VI 20. [VIII] 71. [IX] 2. 6.

canere V. I 77. II 31. IV 1. 3. V 9. VI 3. 9. 11. 31. 61. 64. 68. 84. IX 19. 26. 44. 61. 67. X 8. 70. Calp. I 29. 34. 92. IV 7. 62. 66. 77. 82. VII 9. Einsidl. I 8. 25. II 19. Nemes. II 83. 88. III 13. 18. IV 41. Tib. II 3, 19; cantare V. II 23. III 21. V 54. 72. VI 71. VII 5. VIII 3. 71. IX 29. 52. 64. 65. X 31. 32. 41. 75. Calp. III 27. 55. IV 7. 11. 67. 128. 129. 163. VI 16. 73. VII 21. Nem. I 32. 62. II 82. 85. IV 3. 19. 25. 31. 37. 40. 43. 49. 55. 61. 67. 70. 73; carmen modulari Tib. II 1, 54; succinere Calp. IV 79; concinere Calp. IV 55. 149. Nem. I 26; dicere V. III 55. 59. IV 54. V 2. 50. VI 6. 72. VIII 5. 8. 62. X 2. 6. 34. Hor. c. IV 12, 9. Nem. IV 13; sonare Calp. IV 36. 160. Nem. I 26. 82. IV 3; resonare Calp. IV 9; carmen V. I 77. II 6. III 22. 27. 60. 86. 90. IV 4. 55. V 14. 42. 45. 55. 63. 81. VI 5. 6. 18. 25. 67. VII 21. VIII 3. 10. 12. 67. 68. 69. 103. IX 10. 11. 21. 33. 38. 53. 67. X 3. 3. 51. 62. Calp. I 33. 35. 92. II 30. 92. III 40. 44. 60. IV 5. 15. 27. 51.

55. 63. 80. 96. 147. 152. 158. VI 2. 2. 17. 72. Einsidl. I 19. 25. 33. Nem. I 3. 10. 15. 24. 29. 63. 70. 71. 73. 81. II 15. 54. III 6. 9. 10. 12. 16. IV 16. 19. 25. 31. 37. 43. 49. 55. 61. 67. 73. Tib. II 3, 20; cantus Calp. II 6. 25. 95. 100. III 41. 45. 46. 57. 93. IV 79. 130. VI 6. 11. 58. Nem. II 16. 38. 61. III 55. IV 13. 42; vox V. III 51. V 48. IX 53. Calp. II 4. III 60; sonus Nem. II 12; ἰυκτάς [Th.] VIII 30. iubila Calp. I 30. VII 3; vates V. IX 34. Calp. IV 65; alterna V. III 59. V 14; incipere V. III 58; sequi V. III 58; respondere V. VII 5. VIII 62. X 8. Nem. II 54; referre V. VII 20.

Ad tibiarum atque nervorum cantum spectant haec: σῦριγξ Th. I 129. IV 28. V 4. 5. 6. 19. 135. VI 43. [VIII] 84. [IX] 8. [XXVII] 12. Alciphr. II 9, 1. Long. I 13. 14. 15. 17. 18. 22. 24. 25. 28. 29. 30. 31. II 2. 7. 21. 26. 27. 28. 29. 33. 34. 35. 37. 38. 39. III 4. 12. 15. 22. IV 14. 15. 16. 22. 25. 26. 32; σύριγμα Long. II 35; συρικτάς Th. VII 28. [VIII] 9. 18. 21. 34; dissona sibila Nem. III 10; μουσίσδειν Th. [VIII] 38. XI 81; μουσικῆς ἐφάπτεσθαι Long. I 24. Alciphr. II 9, 1; μουσικός Th. X 23; ὄργανον Long. III 21; συρίζειν Long. I 10. 13. 23. 24. 25. 31. II 2. 3. 5. 23. 29. 31. 32. 33. 35. 36. 37. 38. III 23. 24. 29. IV 3. 15. 26. 32. 38. Th. I 3. 14. 16. VI 9. 44. [VIII] 4. XI 38; αὐλός Th. V 7. VI 43. X 34. Bio IX 7; αὐλοὶ μεγάλοι Long. II 35; αὐλοὶ πλάγιοι Long. I 4; πλαγίαυλος Bio IX 7; αὐλεῖν Th. IV 32. VI 44. VII 71. Ael. ep. 9; ποταυλεῖν Th. X 15; συναυλεῖν Long. II 35; καταυλεῖσθαι Alciphr. II 21, 2; ψάλλεσθαι Alciphr. II 21, 2; φόρμιγξ Th. VII 101; κάλαμος [Th.] VIII 24. Long. I 4. 10. 24. II 34. 35. 39; χέλυς Bio IX 8; κόχλος [Th.] IX 25; κίθαρις Bio IX 8; ἀγκρούομαι Th. IV 31;

fistula V. II 36. III 22. 25. VII 24. VIII 33. X 34. Hor. c. I 17, 10. Tib. II 5, 30. 31. Calp. I 17. II 31. 92. IV 26. 60. 74. VII 8. Einsidl. I 9. 12. Nem. I 14. 80. III 5. 9; avena V. I 2. X 51. Tib. II 1, 53. III 4. 71. Calp. I 93. II 28. III 60. IV 63. 65. 149. Nem. I 27. 63. 71. II 82. III 11; calamus V. I 10. II 32. 34. III 13. V 2. 48. VI 69. VIII 24. Calp. I 16. III 26. 58. IV 19. 23. 59. 76. 131. VI 10. 20. Einsidl. I 4. Nem. I 4. 11. 16. 25. 37. 58. II 19. 39. 53. 82. III 7. 17. IV 2. 15; stipula (convicii causa) V. III 27; cicuta V. II 36. V 85. Calp. IV 20. 21. VII 12. Nem. III 13; harundo V. VI 8. Calp. I 18. Nem. I 3; flamina Nem. I 16; tibia V. VIII 21. 25. Einsidl. II 17. Nem. I 22; curva tibia Phrygio sono Tib. II 1, 86; fides Nem. I 25; chelys Eiusidl. I 18. Calp.

IV 66; cithara Einsidl. I 24. 35; tympana Einsidl. II 17; numeri, a quibus verba distinguuntur V. IX 45. Tib. II 5, 111. 112; modi Nem. I 41; vincula cerae Calp. IV 19; canna Calp. IV 45. 101; canalis Calp. IV 76;

carmine alterno certare, contendere V. III 51. (voce lacessere) V 8. VII 16. 18. 69. VIII 3. 55. Calp. II 6. 9. 19. VI 2. 22. 31. 60. 90. VII 12. Einsidl. I 2; ἐρίζειν Th. I 24. V 30. 60. 67. VI 5. VII 41. Long. I 29. III 24.

Immutationes verborum sollemniores sunt hae: Μοῖσαι Th. I 20. 64. 70. 73. 76. 79. 84. 89. 94. 99. 104. 108. 111. 114. 119. 122. 127. 131. 137. 142. [IX] 28; Μοισᾶν στόμα Th. VII 37;

silvestris Musa V. I 2; agrestis Musa V. VI 8; Musa V. III 60. 84. I 2. VI 8. VIII 1. 5. Calp. IV 23. 56. Nem. I 61. 70. 71; Phoebi versus V. VII 22; Syracosius versus V. VI 1; Maenalii versus V. VIII 21. 25; Chalcidicus versus V. X 50; Camenae Calp. III 42. IV 46; Parrhasiae cannae Calp. IV 101.

Patria cantus pastoralis laudatur Arcadia a primo, ut videtur, Vergilio V. IV 58. 59. VII 4. 25. VIII 21. 22. 23. X 32. 33; de Arcadum musica natura v. Polyb. IV 20.

Instrumenta, quibus pastores ad canendum et ludendum utuntur, summa simplicitate fuisse ex ipsis nominibus apparet, quae sunt avena, calamus, cannae, cicuta, harundo, stipula, et ex Bionis carmine III 2. 3 καὶ αὐτὸς τεχνᾶσθαι σύριγγα· πέλει δέ τοι εὐμαρὲς ἔργον. Nonnullis tamen pastoribus fistula (σῦριγξ) est, quam multo artificiosiorem Pana, cui silvestri deo etiam sacra est Tib. II 5, 30. 31, invenisse referunt V. II 32. Hor. c. IV 12, 9. Plin. h. n. VII 56. Hygin. fab. 274. (Euphorion apud Athen. IV p. 184 dicit Mercurium μονοκάλαμον σύριγγα et Silenum πολυκάλαμον εὑρεῖν; alii scriptores alios fistulae inventores nominant, ut Plut. de mus. 14 Daphnidem, Diod. III 58 Cybelem).

Pan dicitur primus plures calamos cera coniunxisse V. II 32.

Ad conficiendam fistulam syringiae lignum adhibitum esse docent Plin. n. h. XVI 36 et Theophr. IV 12. Calami fistulae longitudine inaequales erant; V. II 36 Corydon gloriatur fistulam suam esse septem disparibus cicutis compactam; [Th.] VIII 18 σύριγγ' ἂν ἐπόησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον, λευκὸν κηρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν; Long. I 15 fistula, cuius novem calami χαλκῷ coniuncti sunt; II 34 τὸ ὄργανον Πὰν νοεῖ καὶ τοὺς καλάμους κηρῷ συνδήσας ἀνίσους. Fistulas, quarum singuli calami cera compacti esse solent V. II 32. [Th.] VIII 19, pastores ipsi faciunt Th. IV 28. [VIII] 18.

Praeter σύριγγα, αὐλόν, πλαγίαυλον (cuius inventor Pan praedicatur Bio IX 7) etiam δῶναξ memoratur [Th.] XX 29. Mosch. III 55. [Th.] epigr. II 3 (τοὺς τρητοὺς δόνακας).

Fistula canere vel carmina modulari V. V 14 vel calamos inflare V 2 omnes fere pastores sciunt; si quis pastorum neque omnino aut male canit, plurimis contumeliis et obiurgiis obruitur V. III 26 sqq. Calp. III 59; sed canendi peritus pastor proxima Phoebi versibus carmina facit V. VII 22 vel Phoebum canendo superare certat V 9; Th. I 3 ἀδὺ δὲ καὶ τὺ συρίσδες· μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἄθλον ἀποισῇ; item Long. II 32 Philetas gloriatur se secundum a Pane canendo esse.

Artem musicam pastorum magni aestimatam esse intellegimus ex Th. I 60. 61, ubi caprarius pro uno carmine poculum magno emptum deponere paratus est; quid? quod eximia carmina digna esse dicuntur, quae coram Jove cantentur Th. VII 93 Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν ἀν' ὤρεα βουκολέοντα ἐσθλά, τά που καὶ Ζηνὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα.

Dum canunt et ludunt pastores, quis eorum greges custodit?

Aut pastoribus administer Tityrus additus est, cui, priusquam carmine alterno certare incipiunt, greges pascendos tradunt V. III 96 Tityre, pascentes a flumine reice capellas; V 12 pascentes servabit Tityrus haedos; III 20 Tityre, coge pecus; Th. I 14 τὰς δ' αἶγας ἐγὼν (Thyrsis) ἐν τῷδε νομευσῶ; III 1. 2 ταὶ δέ μοι αἶγες βόσκονται κατ' ὄρος, καὶ ὁ Τίτυρος αὐτὰς ἐλαύνει;

aut alter alterius gregem pascit Th. VII 87 ὥς τοι ἐγὼν ἐνόμευον ἀν' ὤρεα τὰς καλὰς αἶγας φωνᾶς εἰσαΐων; Long. I 10 τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἄγει;

aut gregem pastores in unum compellunt, ut prospici possit V. VII 2 compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum;

aut nullam gregis sui rationem habent V. VII 17 posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Carmina, quae pastores canunt, aut prius composita sunt Th. I 61 (τὸν ἐφίμερον ὕμνον) aut inter pascendum Th. V 78 εἰα λέγ', εἴ τι λέγεις; VII 50. 51 κἠγὼ μέν, ὄρη φίλος, εἴ τοι ἀρέσκει τοῦθ' ὅτι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα; V. III 52 quin age, si quid habes; V 10 si quos aut Phylidis ignes aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri; IX 32 incipe, si quid habes; Calp. III 46 cantus, quos nocte miser modulatur acerba; aut ab aliis egre-

giis cantoribus (id tamen apud Vergilium solum legimus) V. IX 21 vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper.

Praeter carmina, quibus pastores inter se certant, duo quoque aenigmata legimus apud V. III 104—105. 106—107.

Quod ad ipsa carmina pertinet, distinguo inter carmina, quae solus pastor canit Th. III (κῶμος). XI (Κύκλωψ). Verg. II. IV. VI. X. (hoc quidem Vergili carminis genus dicitur ἐξηγητικὸν vel ἐξαγγελτικόν, schol. Bern.). Calp. V. Nem. III;

deinde carmina alterna [Th.] IX (βουκολιασταί). Verg. I. V. VIII. IX. (hoc genus carminis dicitur ὁραματικὸν vel μιμητικόν, schol. Bern.); Calp. I. III. IV. VII. Nem. I. II. IV;

postremo certamina cantus praemio vel pignore proposito Th. I (Θύρσις ἢ ᾠδή). IV (νομεῖς). V (βουκολιασταί). VI (βουκολιασταὶ Δάφνις καὶ Δαμοίτας). VII (Θαλύσια). [VIII] (βουκολιασταὶ Δάφνις καὶ Μενάλκας). Verg. III. VII. Calp. II. VI.

Alternorum carminum haec est lex, ut pastor ad certamen provocans idem canere incipiat Th. VI 5 πρᾶτος δ' ἄρξατο Δάφνις, ἐπεὶ καὶ πρᾶτος ἐρίσδεν; aut alter pastor alterum admonet, ut prior canat Th. V 78 εἶα λέγ', εἴ τι λέγεις;

aut ordo canendi constituitur ab arbitro [Th.] IX 2 ᾠδᾶς ἄρχεο Δάφνι, συναψάσθω δὲ Μενάλκας; V. III 58 incipe, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca; Einsidl. I 19 incipe, Lada, tu prior; alternus Thamyras imponet honorem; Calp. IV 81 tuque prior, Corydon, tu proximus ibis, Amynta;

aut sorte statuitur, uter prior cantet [Th.] VIII 30 πρᾶτος δ' ὧν ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας, εἶτα δ' ἀμοιβαίαν ὑπελάμβανε Δάφνις ἀοιδὰν βουκολικάν; Calp. II 25. 26 et nunc alternos magis ut distinguere cantus possitis, ter quisque manus iactate micantes;

aut alter reverentia ductus alteri pastori priore loco cedit V. V 4 tu maior; tibi me est aequum parere, Menalca.

De carmine amoebaeo dicit Serv. ad V. III 28: amoebaeum est, quotiens, qui canunt, et aequali numero versuum utuntur et ita se habet ipsa responsio, ut aut maius aut contrarium aliquid dicant; idem ad V. III 59 in amoebaeo carmine pars difficilior respondentis est, qui non pro suo arbitrio aliquid dicit, sed aut maiorem aut contrariam format responsionem.

Praeterea maiora carmina eiusdem versuum numeri modo uno tenore canebantur Th. VI. [VIII]. [IX]. Verg. V. Calp. I. III., modo in eundem stropharum numerum redigebantur, quae versu, quem

dicimus intercalarem, inter se discretae esse solent Th. I 64 sqq. V. VIII 21. Nem. IV 19.

Quid pastoralibus carminibus exprimitur? Qua in re distinguo inter argumenta ex vitae veritate petita et fabulosa.

Huc pertinent Th. I 19 ἀλλὰ τὺ γὰρ δὴ Θύρσι τὰ Δάφνιδος ἄλγε' ἀείδες; V. V 20 sqq. mors Daphnidis eiusque apotheosis;

illuc Bio IX 10. 13 ἐρωτύλα ἀείδειν; V. V 10 ignes Phyllidis aut Alconis laudes aut iurgia Codri; VIII 23 amores pastorum; Calp. VI 73 teneri amores; Nem. I 12 hilares amores; IV 3 proprios cantabat amores;

praeter amores pastores etiam dona praedicant. quas puellis dant Calp. II 64 sqq., ubi uterque pastor artes, opes, munera, quibus amatae placere vult, singula laudat;

aut laudes virorum celebrantur V. V 11 Alconis; VI 6. IX 26 Vari; Calp. IV 87. 97. 132. 134 Caesaris; Einsidl. I 15 laudes Caesareae; Nem. I 80 Meliboei defuncti;

aut silvae canuntur V. IV 3.

Ex veterum more cantantes pastores incipiunt, postquam deos suspexerunt, Th. V 80 ταὶ Μοῖσαί με φιλεῦντι πολὺ πλέον ἢ τὸν ἀοιδὸν Δάφνιν; V 82 καὶ γὰρ ἔμ' ὁ Ἀπόλλων φιλέει μέγα; Long. II 38 τὰς Νύμφας προτέρας, εἶτα τὸν Πᾶνα προσαγορεύσαντες; V. III 60 ab Jove principium, Musae; VII 21 Nymphae, noster amor, Libethrides; Calp. IV 82 ab Jove principium, si quis canat aethera, sumat.

Ubi pastores canunt? Aut sub arbore Th. I 12 τεῖδε καθίξας; 21 δεῦρ' ὑπὸ τὰν πτελέαν ἐσδώμεσθα; V 31 ἄδιον ἀσῇ τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον καὶ τἄλσεα ταῦτα καθίξας; VI 3 ἐπὶ κράναν ἐζόμενοι; Long. I 27 καθίσασα ὑπὸ πίτυν; II 28 ἐκαθέζετο τῆς πίτυος; II 38 ὑπὸ τῇ δρυῖ καθεσθέντες ἐσύριττον;

V. I 1 sub tegmine fagi patulae recubans; III 55 dicite, quandoquidem in molli consedimus herba; V 3 hic corylis mixtas inter consedimus ulmos; VII 1 sub arguta consederat ilice;

aut arboribus acclinati Th. III 38 ἀσεῦμαι ποτὶ τὰν πίτυν ὢδ' ἀποκλινθείς; V. VIII 16 incumbens tereti Damon sic coepit olivae (h. e. hoc loco pedo);

aut in itinere Th. VII 35. 36 ἀλλ' ἄγεδή — ξυνὰ γὰρ ὁδός, ξυνὰ δὲ καὶ ἀώς — βουκολιασδώμεσθα· τάχ' ὥτερος ἄλλον ὀνασεῖ; V. IX 65 cantantes ut eamus;

aut humi stratus Th. VII 89 κατεκέκλισο, θεῖε Κομᾶτα.

Contemplemur nunc incitamenta carminum.

haec sunt cavillationes et dicteria, velut contemptio caprarii Th. I 86, opprobrium mutuae servitutis Th. V 5. 8, mutui furti Th. V 2. 4. 112. 114, malae curae pecoris Th. IV 11, imperitiae fistula canendi V. III 25, dicteria Calp. VI 17: hortationes ad canendum, quae aut a tertio proficiscuntur Th. [IX] 1. X. Verg. V 10. VII 16. 17. Calp. IV 1. 9. Nem. I 3 aut ab altero pastore Th. VII 35. [VIII] 5. Calp. I 20. II 6. Nem. II 18. IV 13.

Quaeramus nunc, uter canat, uter fistula cantet?

Uterque pastor canit Th. V 22. VI 6. 20. VII 37. [VIII] 30. [IX] 1. 2. X 22. V. III 55. 59. VIII 5. VII 5. 18. IX 65. Calp. I 91. II 6. IV 5. 7. VI 58. 73. Nem. I 32. IV 13; Cyclops syringe ludere et canere scit Th. VI 9. XI 18. 38. 80;

alter canit, alter fistula cantat

Th. I 2. 7 (Thyrsis canit, caprarius syringe ludit);

V. V 2 (Mopsus leves calamos inflat, Menalcas dicit versus);

Nem. II 19 (Idas calamis, Alcon versibus alternant).

Pastores ad certamen provocati pignora vel praemia deponere solent: pignus V. III 31. Calp. II 7. 22. VI 3. 47; munus Calp. VI 48; merces Calp. II 23; ἄεθλον [Th.] VIII 11; deponere V. III 31. 32; ponere V. III 36. Calp. VI 50; dare Calp. VI 4; vindicare Calp. II 7; καταθεῖναι [Th.] VIII 11. 12. 20; τιθέναι Th. V 21. [VIII] 13. 14. 15; κεῖσθαι Th. V 23.

Quae pignora deponuntur?

Th. I 25 αἶγα δέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι | ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας | καὶ βαθὺ κισσύβιον κεκλυσμένον ἀδεῖ κηρῷ | ἀμφῶες νεοτευχές, ἔτι γλυφάνοιο ποτόσδον; V 21 λῇς ἔριφον θέμεν, 24 ἠνίδε κεῖται ὥριφος; VI 43 χὠ (Damoetas) μὲν τῷ (Daphnidi) σύριγγ', ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν; VII 43. 129. Lycidas Simichidae τὸ λαγωβόλον ἐκ Μοισᾶν ξεινήϊον ὤπασεν εἰμεν; [VIII] 14 Daphnis deponit μόσχον et reposcit ἰσομάτορα ἀμνόν; Menalcas autem 18 σύριγγ' ἂν ἐπόησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον, ταύταν καθείην; quae cum ita sint, Daphnis quoque syringem pignori dedisse videtur 21. 84; [IX] praemii mentio nulla fit; attamen arbiter dedit 23 sqq. Δάφνιδι μὲν κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτραφεν ἀγρός | αὐτοφυῆ, τὰν δ' οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων | τήνῳ δὲ στρόμβω καλὸν ὄστρακον, ὦ κρέας αὐτὸς | σιτήθην;

V. III 29 Damoetas vitulam deponit, quae bis venit ad mulctram, binos alit ubere fetus; 36 Menalcas duo pocula fagina; sed Damoetas pignus non aequum recusat, 48 si ad vitulam spectas,

nihil est, quod pocula laudes; nunc Menalcas vitulam quoque deposuisse videtur (109); V 85 Menalcas Mopsum cicuta. hic illum pedo formoso donat (88), quamquam nulla pignora deposita sunt;

Einsidl. I 12 Thamyras et Ladas disceptant, caper an fistula sint pignora; deponitur fistula; Calp. II 7 Idas dat vellera septem, Astacus messem horti sui; VI 33 Astylus deponit cervum mansuetum. 51 Lycidas velocem Petason; nota etiam Long. I 15, ubi pastores pactionem faciunt, ut victori liceat Chloae osculum dare ἔκειτο ἆθλον τῷ νικήσαντι φιλῆσαι Χλόην.

Quis arbiter nominatur certaminis pastorum cantus?

Aut vicinus pastor vel lignarius Th. V 63 τὸν ἄνδρα | αἰ λῇς. τὸν δρυτόμον βωστρήσομες, ὃς τὰς ἐρείκας | τήνας τὰς παρά τὶν ξυλοχίζεται· ἔστι δὲ Μόρσων; [VIII] 26 τῆνόν πως ἐνταῦθα τὸν αἰπόλον ἦν καλέσωμες; V. III 53 tantum, vicine Palaemon, sensibus haec imis, res est non parva, reponas; VII 7 atque ego Daphnim adspicio; Calp. VI 91 et venit ecce Micon, venit et vicinus Jollas: litibus hi vestris poterunt imponere finem; aut arbiter aliquis a pastoribus certantibus constituitur Calp. II 9 magnum certamen erat sub iudice Thyrsi; VI 21 veniat licet arbiter Alcon; VI 28 ecce venit Mnasyllus: erit, nisi forte recusas, arbiter inflatis non credulus, improbe, verbis; Einsidl. I 2 te, formose Mida, iam dudum nostra requirunt | iurgia: da vacuam pueris certantibus aurem;

Arbiter a pastoribus admonetur, ut sine ira et studio certamen decernat Th. V 70 ναί, ποτὶ τὰν Νυμφᾶν, Μόρσων φίλε, μήτε Κομάτᾳ | τὸ πλέον εὐθύνῃς, μήτ' ὢν τύγα τῷδε χαρίξῃ; Calp. VI 29 erit arbiter inflatis non credulus verbis.

Certantium digniori arbiter praemium addicit Th. V 138 τὶν δὲ Κομᾶτα δωρεῖται Μόρσων τὰν ἀμνίδα; (neque sui ipsius immemor) καὶ τὺ δὲ θύσας ταῖς Νύμφαις Μόρσωνι καλὸν κρέας αὐτίκα πέμψον; [Th.] VIII 83 ἐνίκασας γὰρ ἀείδων; aut utrumque tantidem aestimat V. III 109 non nostrum inter vos tantas componere lites; et vitula tu dignus et hic; Calp. II 99 este pares et ob hoc concordes vivite; Th. VI 46 νίκη μὰν οὐδ' ἄλλος, ἀνήσσατοι δ' ἐγένοντο.

Atque qui superior alterno certamine discessit, vehementer laetatur et grex cum eo Th. V 142 φριμάσσεο πᾶσα τραγίσκων | νῦν ἀγέλα· κἠγὼν γὰρ ἴδ' ὡς μέγα τοῦτο καχαξῶ | κὰτ τῶ Λάκωνος τῶ ποιμένος, ὤδ' ὁπόκ' ἤδη | ἀνυσάμαν τὰν ἀμνόν· αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κερούτιδες; [Th.] VIII 88 ὡς μὲν ὁ παῖς ἐχάρη καὶ ἀνάλατο καὶ πλατάγησε | νικάσας, οὕτω κ' ἐπὶ ματέρι νεβρὸς ἅλοιτο.

Sed devictus tristitiam et maerorem percipit Long. I 17. [Th.]

VIII 89. 90 ὡς δὲ κατεσμύχθη καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπᾳ | ὥτερος, οὕτω κα νύμφα δμαθεῖσ' ἀκάχοιτο; V. III 14. 15 quae tu, perverse Menalca, et, cum vidisti puero donata, dolebas, et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Victores vero inde a victoria omnium sermone celebrantur [Th.] VIII 92 κἦκ τούτω πρᾶτος παρὰ ποιμέσι Δάφνις ἔγεντο; V. VII 70 ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.

Intueamur nunc res formasque a poësi popularī traditas.

Nota Gebauer l. c. p. 10 sqq.

Theocritum aptissimo Musae suae fundamento poësi populari innisum esse primum ostendit creberrimus caesurae bucolicae usus, quam una cum vocabuli, quod in pede primo positum erat, in pede quinto repetitione ex cantilenis popularibus a poëta in carmina bucolica illatam esse constat.

A popularibus Theocritus didicit etiam hoc artificium, ut quaedam certe carmina addito modo, modo omisso ephymnio in strophas divideret, ut semper in carminibus amoebaeis, non raro in aliis pastores sententiis ac quantum fieri posset etiam verbis iisdem loquentes faceret, ut id. X 42 sqq. Milonem sententias ad vitam rusticam pertinentes pronuntiantem induceret.

Etiam ὁμοιοτέλευτα a poëta ex carmine populari adscita esse ostendit id. XI 22. 23

ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἔχῃ με,
ὄκκα γλυκὺς ὕπνος ἀνῇ με.

Idem in expressis dicteriis et cavillationibus, quae per idyllia IV, V, X multis locis dispersae leguntur, egregie popularium mentes ac cogitationes perspexit et magna cum fide et veritate in carminibus suis expressit.

Epimetri loco addo primum, quae de nominibus bucolicis dicenda sunt, deinde quo modo res pastoricia progressa sit quaeque pastorum, qui a poëtis depinguntur, propria natura sit.

De nominibus bucolicis v. Carolum Wendel (Neue Jahrbücher suppl. XXVI 1901) et A. Cartault étude sur les Bucoliques de Virgile p. 409 sqq., qui nomina singula cum rebus attributis in unum contulit.

Addendum est spectatis, quas W. Dittenberger sylloge inscriptionum Graecarum congessit, inscriptionibus mihi contigisse, ut de

paucis nominibus notam aliquam afferre possim; velut Damon quidam (Dittenberger 461, 3) memoratur ἀπελεύθερος; Syra quaedam (Dittenb. 433, 32) θεράπαινα. Neque inspectis inscriptionum Graecarum corporibus ullam notam addere possum. Apud Bechtelium (die attischen Frauennamen) Neaera, Petale, Phyllis meretrices nominantur; Alcippe apud Hom. Od. IV 124 serva Helenae est.

Permulta nominum bucolicorum aliquam personarum depictarum notationem praebent: Tityri nomen a capro ductum caprario imponitur; Laconis nomen cum verbo λακέω cohaeret et poëta ipso nomine clamosam et vere caninam pastoris indolem satis superque significat; Aegon non capellas, ut credas, sed boves pascit (Th. IV 1): Lycidas, Lycon, Lycoris, Lycopeus, Lycotas, Lycopas, haec nomina ad pastorum inimicum, λύκον dico, pertinent; Erotis nomen a meretricum vita ductum meretrici tribuitur; Crocales nomen a κροκάλη derivatum puellae datur, quae siliceo corde est (Calp. II 52): Myrtus nomen cum μύρτῳ cohaerens venustae puellae est: Glauces et Leuces nomina oris colorem significant. Propriam nominum significationem quotidiano usu sensim detritam esse consentaneum est.

In universum nomina bucolica aestimans rarissime (excepto Bucaei nomine) invenio vocabulis velut βοῦς aliisque, quae ad vitam rusticam et pastoralem tendunt, ea composita esse, id quod condicioni Graecarum tum rerum respondet (cfr. Burckhardt griech. Kulturgesch. IV^3 130 sq.).

Secundo complectamur, quam condicionem pastores Graeci et Romani temporum decursu obtinuerint?

Summus gradus humanae vitae erat naturalis, cum viverent homines ex iis rebus, quas inviolata ultro ferebat terra, cum rura colerent neque urbem haberent, sed in casis et tuguriis dissipati sine ullo stabili aut composito commercio habitarent (Varr. r. r. II 1, 4. III 1, 1. 2).

Huius feritatis expressam imaginem videmus in Polyphemi persona, qui in antro habitans pecuariam fecit cuiusque ex moribus pastores feros agrestesque fuisse colligimus: accedit, quod Varro II 1, 4 tradit pastores e feris ut arboribus ac virgultis decarpendo glandem, arbutum, mora, poma collegisse ad usum, sic ex animalibus propter eandem utilitatem, quae possent, silvestria deprendisse ac conclusisse et mansuevisse; ad cibum lacte et caseum adhibitum, ad corpus vestitum et pelles attulisse.

Hac feritate exuta ad cultum humanitatemque informatam pastorum condicionem eorumque genera iam discreta apud Homerum

invenimus: hic δῖον ὑφορβόν, qui modestus servus rusticus simplicitatem et probitatem morum exhibet; illic caprarium invidum et rudem, quem iuvat alios contumeliosis verbis prosequi (Od. XVII 215 sqq.). Quid igitur mirum, quod homo nobilis tardum pastorum rusticorum ingenium irridet Od. XXI 85 νήπιοι ἀγροιῶται, ἐφημέρια φρονέοντες. Ipse superbus Hector quoque pastoribus rusticitatem morum crimini dat pastorem increpans Eur. Rhes. 266 ἦ πόλλ' ἀγρώσταις σκαιὰ πρόσκειται φρενί.

Etiam Musae ignaros et ventri deditos pastores despiciunt Hes. Theog. 26 ποιμένες ἄγραυλοι, κακ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἷον; item Theognis agricolas, qui olim legum expertes erant, quique pelle caprina ab umeris pendente tamquam cervi extra urbem pascere solebant et tum potentiam consecuti sunt, simpliciter κακοὺς et δειλούς (53 sqq.). Neque aliter Alcman popularem Sardibus, ex illa magnifica urbe, ortum subtiliter distinguit a laevo agricola vel pastore frag. 24 οὐκ ἦς ἀνὴρ ἄγροικος οὐδὲ σκαιὸς οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος οὐδ' Ἐρυσιχαῖος οὐδὲ ποιμήν, ἀλλ' Σαρδίων ἀπ' ἀκρᾶν.

In comoedia pastorum rusticitas haud minus diserte denotatur Aristoph. nub. 43 ἥδιστος ἀγροῖκος βίος βρύων μελίτταις καὶ προβάτοις καὶ στεμφύλοις Strepsiadi videtur; 50 senex irridetur ὄζων ἐρίων περιουσίας; deinde Eupolis fabula, quae Αἶγες inscribitur, hominem vere agrestem producit sub persona caprarii feri et immanis, qui cum grege suo parvo contentus rusticatur (2. 3. 13).

Eodem modo Plautus inter hominem elegantem et rusticum distinguit Mostell. 53 decet me amare et te bubulcitarier; 40 sqq. voces contumeliosas legimus, ut stercus, hircum. Novius bubulcum tamquam vilem et sordidum artificem, qui omni ratione lucellum sectatur, in scaenam inducit fabula, qui Bubulcus Cerdo inscribitur.

Alexandrinorum aetate cum moribus inepte et praeter modum expolitis amor ruris tamquam sedis beatorum valde evocaretur, poëtae bucolici potissimum homines simplices et cultus expertes depingunt, ut pastores, piscatores, venatores.

Naturalis pastorum rusticitas ex cavillationibus et pugnis, quibus inter se obruunt, apparet, cum iidem ratione, quae inter pastores et Musas Nymphasque intercedit, usi illiberalem animum exuant et memores deorum vel heroum, qui prius eadem negotia gesserant, in auream aetatem transferantur, ad quam formosi pueri Daphnis et Menalcas ipsi spectant ([Th.] VIII).

Etiam Romani, Vergilius et Calpurnius inprimis, ex desiderio

et memoria futurae felicitatis voluptatem capiunt (Calp. I 37. 54. IV 30. 112. 132. Verg. ecl. IV); attamen frigidum et ieiunum aliquid eorum carminibus inest, quoniam virtus et veritas rei bucolicae evanuerat. Itaque opilio mundam faciem de se praedicat (Calp. II 84), item adulescens Alcon Nem. II 70, id quod simplicis quoque animi est. Praestantia hominis urbani inde apparet maxime, quod de amore agitur; hic solus scit ex arte oscula dare: itaque pastor a puella urbana superbe illuditur, quod ἀγροίκως φιλεῖ [Th.] XX 6. 9; aeque probi iuvenes rustici a puellis delicatis irridentur Ael. ep. 7. 8. 9. 11. 12; ob vilia dona Corydon ab amato Alexi se fastiditum sentit V. II 56 rusticus es, Corydon — his verbis se ipse accusat rusticitatis. Quo fit, ut Romani elegiarum scriptores vocabula „rusticus“ et „rustica“ apud eos adhibeant, qui amare nesciunt; itaque flagrans rivalitas, qualem apud Calp. III 28. 29 legimus, rustici hominis est; e contrario ἀγροικία apud Long. I 13. II 11. III 18 venusta verecundia est Daphnidis et Chloes.

Dio Chrysostomus or. VII et Synesius ep. 148 venatorem et pastorem imaginem absolutam incorrupti et integri simplicisque hominis rustici videmus.

Et pastoribus rusticis σωφροσύνην deesse ex Alciphronis ep. II 21, 3 apparet, adversus quam caprarius luxuriosus a domino suo reverentiam adhibere docetur.

Obstupefactus rusticus Corydon magnas urbis Romae opes et miracula spectaculorum admiratur, qui adhuc nescius auri sordida tecta, casas et sola mapalia noverat Calp. VII 40 sqq. Hic locus communis legitur etiam apud V. ecl. I 19 sqq. et Horat. sat. I 1, 12. Ante Alexandrinorum igitur aetatem pastores, ut rustici, parvi aestimati sunt, cum ex illis temporibus imaginem incorruptorum et simplicium hominum agrestium reddant. Poësim vero bucolicam contrariam esse verisimile est novae Atticae comoediae, cuius poëtae (velut Menander) res rusticas plane despiciunt.

Nunc mentem nostram ad pastorum, qui a poëtis bucolicis depinguntur, vitam et mores advertamus.

Ac quidem Theocriti pastores, ut ordiamur a rebus externis, pro vestimento pellibus utuntur; etiam in pellibus recubare solent et huius strati mollitudinem magnopere iactant (Th. V 50. 51); Vergilius nusquam de pastorum vestimento loquitur.

Victum pastorum si spectamus, rus ipsum gregesque maxima ex parte suppeditavit, ut lac, caseum, carnem. Etiam melle, pomis, oleribus, pane, vino pastores utriusque victum quaerunt.

Apud Theocritum pastores in antris habitant, apud Vergilium eiusque pedisequos aedificia quamvis exigua antrorum locum tenent. De familiaritate deinde, quae inter pastores et greges eorum intercedit, poëtae omnes dicunt, item saepe animalia nominibus aut vere propriis aut a corporis quibusdam notis ductis appellata fuisse; deinde morem pastoralem rediens vespere ad stabula pecus numerandi.

Quodsi quaerimus, quid praeterea poëtae memorent pastores temporis fallendi causa in pascuis et saltibus egisse, aut vasa rustica texebant aut inter se colloquebantur aut carmina canebant, quorum incitamenta mutua dicteria et cavillationes esse solent.

Pastorum sententiae et proverbia satis rustica, imagines comparationesque maximam partem e vita agresti depromptae sunt.

Superstitiones pastorum vitam plebeiam redolent praeter eas, quae ad rem magicam (inprimis amatoriam; amor enim formosorum puerorum vel puellarum pastoribus magnum oblectamentum est) pertinent. Ut pedum, ita fistulam pastores semper secum portant disparibus calamis cera compactis; his silvestribus avenis carmina meditantur vel amores suos et querelas vel laudes heroum aliorumve clarorum virorum praedicantes; nam fistulae inflandae artem plus vel minus perfectam omnes pastores habent.

Pastores carminibus suis interdum celebritatem quandam nacti ea, quae meditati sunt carmina arborum cortici incidunt (Th. XVIII 47 sqq. V. V 13. X 53. Calp. I 20 sqq.)

Iidem pastores venationem exercent apud Theocritum et Vergilium.

Ad illustrandam pastorum vitam pauca addenda sunt, quae cuiusque poëtae propria sunt.

Apud Vergilium pastores etiam agros, hortos, vineta, apium culturam exercent; pastores in aedificiis habitant; imbuti sunt doctrina; carmina canunt ab aliis egregiis cantoribus composita.

Haec apud Vergilium solum legimus. Theocriti pastorum proprium est, quod in antris habitant et ad exprimendum rusticum sermonem dialecto Dorica utuntur; poësis enim bucolica ex Dorica terra profecta est.

Index.

I. editionum, quibus usus sum

bucolicorum Graecorum, Theocriti, Bionis, Moschi reliquias recens. H. L. Ahrens. Lips. 1904.

P. Vergili Maronis Bucolica et Georgica recogn. O. Ribbeck. Lips. 1896.

Nemesiani et Calpurnii Bucolica recens. H. Schenkl. Lips. et Prag. 1885.

Geoponica Graece et Latine ed. Jo. Nic. Niclas. Lips. 1781.

Catonis de agricultura liber, Varronis rerum rusticarum ll. III ex recens. H. Keilii. Lips. 1884.

corpus scriptorum rei rusticae veterum Latinorum ed. J. G. Schneider. Lips. 1794—1797.

Euripidis Cyclops ex recens. Aug. Nauckii. Lips. 1891.

Alciphronis rhetoris epistularum ll. IV annotatione critica instruxit. M. A. Schepers. Groningae 1901.

Claudii Aeliani opera ed. Rud. Hercher (epist. rusticae t. II p. 173). Lips. 1866.

Longi pastoralia ed. E. E. Seiler. Lips. 1843.

Tibulli elegias cum carmm. pseudotibull. ed. E. Hiller, acced. index verborum. Lips. 1885.

II. librorum, quos adhibui

G. Ad. Gebauer de poëtarum Graecorum bucolicorum, inprimis Theocriti, carminibus in eclogis a Vergilio expressis. Lips. 1861.

Ad. Th. Fritzsche de poëtis Graecorum bucolicis. diss. Giss. 1844.

M. Haupt de carminibus bucolicis Calpurnii et Nemesiani. Berol. 1854.

H. Reich de Alciphronis Longique aetate. diss. Regimont. 1894.

A. Cartault étude sur les Bucoliques de Virgile. Paris 1897.

O. Ribbeck Geschichte der römischen Dichtung. Stuttgart 1887.

M. Sonntag Vergil als bukolischer Dichter. Leipzig 1891.

O. Hirschfeld de incantamentis et devinctionibus amatoriis apud Graecos Romanosque. diss. Regimont. 1863.

J. Burckhardt Griechische Kulturgeschichte. Berlin 1898.

Neumann-Partsch physikalische Geographie von Griechenland. Breslau 1885.

A. Philippson das Mittelmeergebiet. Leipzig 1904.

A. Biese Entwickelung des Naturgefühls bei den Griechen und Römern. Kiel 1882/84.

Vict. Hehn Kulturpflanzen und Haustiere. Berlin 1902.

H. O. Lenz Zoologie der alten Griechen und Römer. Gotha 1856.

E. Meyer Geschichte der Botanik. Königsberg 1854.

Fick-Bechtel die griechischen Personennamen. Göttingen 1894.

F. Jeschonnek de nominibus, quae Graeci pecudibus domesticis indiderunt. diss. Regimont. 1885.
K. Wendel de nominibus bucolicis (Neue Jahrbb. Supplement. XXVI. 1901).
Fr. Zimmermann die griech. Bukoliker, Theokritos, Bion und Moschos, übersetzt und erklärt. Stuttgart 1856.
Th. Ladewig Vergils Gedichte erklärt. Berlin 1870.
H. E. Dirksen manuale latinitatis fontium iuris civilis Romanorum. Berlin 1837.
O. Ribbeck Agroikos (Abhandlungen der kgl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften X. 1888).

Vita.

Natus sum Maximilianus Ericus Victor Otto Vischer pridie Kal. April. anno MDCCCLXXXII Crispenhofen prope vicum Aurelium patre Victore, divini verbi ministro, matre Augusta, e gente Weidner, quorum acerbitate fati mihi patrem praematura morte praereptum valde doleo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis in lyceo vici Aurelii imbutus tres per annos gymnasium Heilbronnense frequentavi. Aestate anni h. s. primi maturitatis testimonio instructus ad litterarum universitatem Tubingensem me contuli, ut studiis philologicis me darem.

Seminarii philologici Tubingensis sodalis exstiti per sexies sex menses.

Scholas adii Christophori Sigwart, Ludovici Schwabe, Ernesti et Rudolfi Herzog, Hermanni Fischer, Johannis Gottschick, Guilelmi Schmid, Gottholdi Gundermann, Caroli Voretzsch, Caroli Sapper, Ernesti Kornemann, Gustavi Pfau, quibus viris iustas ac debitas gratias benevolentiae ago, quippe qui studia mea auxerint ac sublevaverint.